Terence in English. Tho: Orl: Matth.

FABVLAE COMICI FACETISSIMI ET ELEGANTISSIMI POETÆ TERENTII OMNES ANGLICÆ FACTÆ,

& hac noua forma editæ : opera ac industria R. B. in Axholmiensi insula Lincolnsheriæ Epwortheatis.

* * *

Quarta editio multò emendatior.

EX HORATIO.

Sunt delicta quidem quibus ignouisse velimus :
Nam neque chorda sonum reddit, quem vult manus & mens :
Poscentiq; grauem persæpe remittit acutum.
Nec semper feriet, quodcunque minabitur arcus.

Prodesse non obesse:

Illud ex animo fiet, hoc præter voluntatem accidet.

LONDINI,
Ex officina IOHANNIS LEGATT Celeberrimæ
Academiæ Cantabrigiensis Typographi.
1614.

FABVLAE COMICI
FACETISSIMI ET
ELEGANTISSIMI POETAE TERENTII
& hac nova forma editae : opera ac industria
[illegible]
[illegible] Epworthiensis.

[illegible]

IN HORATIO.

[illegible]

Prodelle non obelis.

[illegible]

LONDINI.
[illegible]
1614.

TO THE VVORSHIPFVLL YOVNG GENTLEMAN AND OF VERTVous Education M. *Chriſtopher Wray*, ſon and heire to the Right worſhipfull Sir *William Wray* knight, and to the reſt of the toward yong Gentlemen his brethren, nephewes to the vertuous and true religious Ladies, the Ladie *Bowes*, and the Ladie *Sanctpoll*, his verie bountifull Patroneſſes, *R. B.* wiſheth encreaſe of knowledge, vertue, and honour, with happie dayes.

IT is not the firſt time (Gentlemen) I haue affected to make knowne the good will I doe, and ſhal for euer beare to you, though now at this time firſt effected. Becauſe thoſe who loue you beſt, haue been not the leaſt friends to me, to whom I worthily deuote my ſelfe, as *Agamemnon* did to *Diana*, confeſſing my ſelfe not to be ſufficient to pleaſure them, that haue, next to *God* and *Nature*, giuen me all that I haue. As alſo for that I euer found in you, as pleaſant branches ſprouting from ſuch happie rootes, ſo inclinable nature to doe me good, expreſſed euer fully when at any time I happened to come vnto your fathers, as either I could wiſh, or your tender yeres in that well gouerned eſtate might affoard. For the which, as an acknowledgement of the ſame, I offer you here, that which *Fortune* hath vouchſafed to fauour me withall, a Latin author taught to ſpeake Engliſh; a comicall Poet, pithie, pleaſant, and very profita-

ble: as merrie as *Eutrapeles*, as graue as *Cato*, as ethicall as *Plato*: he can play craftily the cosener, and cunningly the clowne: he will tell you the nature of the fraudulent flatterer, the grimme and greedy old Sire, the rusling ruffian, the minsing mynion, and beastly baud; that in telling the truth by these figments, men might become wise to auoide such vices, and learne to practise vertue: which was *Terence* purpose in setting of these comedies forth in Latine, mine in translating them into English: and this end I desire you to propound to your selues in reading them, so shall you vse them, and not as most doe such autors, abuse them. Accept of him (Gentlemen) read him, as you may with pleasure and no smal profit: and then shall I thinke my labour not lost, and also recompenced to the full. Thus I end wishing you such excellent giftes of nature tempered with heauenly grace, as both Church and common wealth by you may bee bettered. Farewell, *Epworth* in Lincolneshire this 30. of Maie.

Yours in the Lord
Rich. Bernard.

Ad lectorem.

Hic tibi (Lector Optime) Terentium authorem latinitatis optimum exhibeo : in nostrum sermonem Anglicanum integre translatum. Quem, vt deterreat vestra imbecillitas, ne doctissimorum censurae, & Liuidorum inuidiae comitterem : sic addant mihi animum & inducant quoque nonnullae rationes eum divulgare. Quarum partim ex epistolio priori petas : partim possint ab vtilitate duci, quem ex eo vertendo ceperimus, eandemque à pueris percipi legendo speramus. Nam permultum refert opinione mea, tenera ingeniola, quae non trahi sed duci ad quaeuis debent, primis sub annis eos authores legere, qui & linguam informare, animum simul delectare possunt. vtrumque potest comicus hic poeta : qui scriptor est proprius, perspicuus & purus : quae tres virtutes sunt in oratione summae : ille verborum elegantiis : loquendique varie formulis ita regnat & abundat, diuiteque quadam copia sententiarum instar aurei fluminis exuberat, vt hinc pueri tito propriè loqui, sua scriptis venustis vocum modulis vincire, miro similitudinum splendore condecorare, rhetorum flosculis & schematis lasciuire, orationisque facundiam locupletare discant. Quam ob causam dixit olim Roterodamus ille : Terentium optimum esse dicendi magistrum : *eodemque respectu de eo cantauit* Philippus, *ac* Riuius :

Comica debetur meritò tibi palma Terenti,
Qui neque facundo concedis iure Menandro.

An in istis fistit pedem, plus aequo ornatui & orationis amenitati indulgens, rem ipsam, instar arboris condecoratae florum vbertate sine fructu, negligens ? minime quidem : sed vt politioris orationis non est securus, sic mirè dum delectat, docere studet. Scripsit enim lepidissime Comedias, quae nihil aliud, nisi veritatis sunt

imagines, huiusque vitæ præsentis speculà, consuetudinis, rerumq; vicissitudinis, naturæ humanæ, consiliorum, actionum quædam loquentes picturæ: quibus figmentis Terentius iucunde de moribus doctrinam tradens (quam Philosophiæ partem philosophi & legumlatores docent præceptis seuerioribus) rudes & agrestes hominum animos a vitijs auocat, & ad virtutem honestatemq; allectat. Hic etenim parentes ac liberi, domini & serui, iuuenes, senes, viri, mulieres, pueri, puellæ, virtutum & vitiorum exempla introducuntur. Hic amatorum amentia, mercabilium meretricum spurcitia, adolescentium lasciuia, superborum iactitantium vesania, seruorum infidelitas, dominorum crudelitas, ingluuies edonum, furor irati, sitis auari, ebrii dementia, sobrii temperantia, fidelis constantia, fallacis inconstantia, magnificentia liberalis, parsimonia temperantis graphice depinguntur. Vnde varia hominum ingenia ac studia pulchre delineata videre licet, effectusque illorum varios: ex quibus discant omnes de rebus humanis rectius iudicare, & sapienter vitam instituere possint. Hinc literarum non tenuiter peritus quidam in laudem huius authoris erumpit:

Hinc tibi ciuilis rationem discere vitæ
Exuta morum rusticitate, licet.
Hinc humanarum mira experientia rerum
Vndique percipitur, miraque calliditas.
Hinc vitam emenda, prauos hinc corrige mores.
Ex vsu quid sit, hinc quoque disce tuo.

Quocirca cum puerulorum ætatulæ tam sit autor idoneus & lectu iucundus, tamque eximium inde prouentum & ad bene loquendum viuendumque recte pueri demetere possint, nullum esse autorem omnino cum Melanthone affirmare audemus, quem tantopere & cognosci ediscique ad vnguem retulerit. Atque hac de causa præcipue operæ pretium fore putauimus, si totum in nostram maternam linguam verteremus: quo puelli facilius eum, & rudes adhuc Latini eloquii ætate quamuis prouectiores intelligerent, fructumque vberiorem & voluptatem eo legendo maiorem caperent. At me non latet nonnullos esse, qui hanc nostram irridebunt translationem, vt & aliorum solent, nec non effutient, nescient quæ, verba in eos, qui tantum operæ ac temporis in Latinis Anglice vertendis consumunt. Quæ plane docent nos verba, istiusmodi

uſmodi homunciones minime intelligere, cui inſeruiunt vſus tranſlationes: nec ſcire, quantum iactitat orator ille cuiuis imitandus, aſpernandus nemini, quod ex bonis Græcis Latinas feciſſet optimas: quo illis non minimum detrimentum attuliſſe, hiſce immortalem gloriam acquiſiuiſſe apud ipſos Græcos legitur. Immo hic noſter Terentius plus ſibi ſtatuit laudis, maioremque poſuit gloriam in vertendis antiquis Græcorum fabulis, quam in ſuis nouis inueniendis. Quod plane neque neuter horum, neque hodie Galli, Teutoni, Germani, Itali, Scoti, noſtratiumque complurimi feciſſent, niſi perinde ſuæ linguæ, ac ſibimetipſis aliquod adiumentum & ad laudem & vtilitatem poſſe adferre exiſtimaſſent. Quod obiiciunt blaterones, dum in ſuis nugantur dicteriis, & orationibus furatis, tranſlationes ſocordes reddere complurimos: facile auferatur reſponſum: vitio vertunt rei perinepte, homini vitioſo quod attribuendum eſt: qui vel optimis abuti poteſt. De meipſo (placide enim aliorum recto iudicio acquieſco) præter hoc vnum, nihil dicam: quod, in iſtis dum animo beneuolo elaboraui, pro communibus commodis ſudauerim, adeo vt meum, quantum incipiundo partum eſt, tibi (lector beneuole) aliiue cuiuis proficiundo in veſtrum tranſmoueatis lubens ipſe concedam: tanti ego vtilitatem communem facio, tamque parui propriam laudem æſtimo. Vale.

ACTA LVDIS MEGALENSIB. M. FVLVIO ET M. GLABRIONE AEDILIB. CVRVLIB. EGERVNT L. AMBIVIVS TVRPIO L. ATTILIVS PRAENESTINVS. MODOS FECIT FLACCVS CLAVDI FILIVS TIBIIS PARIBVS DEXTRIS ET SINISTRIS: ET EST TOTA GRAECA EDITA M. MARCELLO CN. SVLPITIO COSS.

FABVLAE INTERLOCVTORES
The Speakers in this Comedie.

SIMO, senex, *an olde man,*
SOSIA, libertus, *a late bond-man,*
DAVVS, servus, *a seruant.*
MYSIS, ancilla, *a wayting mayde.*
PAMPHILVS, adolescens, *a yong man.*
CHARYNVS, adolescens, *a yong man.*
BYRRIA, seruus, *a seruant,*
LESBIA, obstetrix, *a mid-wife.*
GLYCERIVM, meretrix, *a light house-wife.*
CHREMES, senex, *an old man.*
CRITO, hospes, *a stranger.*
DROMO, servus lorarius, *the M. of the rogues, a whipping Bedle.*

Simo, dictus a specie: Simi fere sunt iracundi.

Sosia, παρὰ τὸ σώζειν, quia seruatus erat in bello.

Dauus a patria: Daui qui & Daci, populi sunt in Ponto ad Istri fontes versus Germaniam.

Mysis ἀπὸ τῦ μυζειν vel μυεῖν.

Pamphilus παρὰ τὸ πᾶν τὸ φιλόν: prorsus amicus, vel quia totus in amore.

Charinus παρὰ τὸ χαρίζεσθαι a gratificando, morem gerendo, obsequentem se præbendo, quia erat animo beneuolo in omnes.

Byrrhia, ἀπὸ τῶν βύρσης a pellis colore.

Lesbia a Loco nomen sumpsit.

Glycerium, a γλυκερὸ & vnde γλευκήριον diminutiuum quasi dulcicula mulier.

Chremes, παρὰ τὸ χρέμπτεσθαι a screando, quia senes expurgant tussi pectus.

Crito, παρὰ τὸ κρίνειν a discernendo, iudicando: quod controuersiam dirimat.

Dromos, ἀπὸ τὸ τρέχειν, quod format præteritum δεδράμηκα ab inusitato δράμω, a currendo.

C. SVL-

C. SVLPITII APOLLINARIS PERIOCHA IN ANDRIAM TERENTII.

Sororem falso creditam meretriculæ,
Genere Andriæ, Glycerium vitiat Pamphilus.
Grauidaque facta, dat fidem vxorem sibi
Fore hanc. Nam aliam pater ei desponderat
Gnatam Chremetis. atque vt amorem comperit,
Simulat futuras nuptias, cupiens suus
Quid haberet animi filius cognoscere.
Daui suasu non repugnat Pamphilus.
Sed ex Glycerio natum vt vidit paruulum
Chremes, recusat nuptias, generum abdicat.
Mox filiam Glycerium insperato agnitam.
Dat Pamphilo hanc, aliam Charino coniugem.

A short and briefe Argument of CAIVS SVLPITIVS APPOLLINARIS, conteyning the whole matter in this Comedie of Terence called Andria.

PAmphilus defloures *Glycerie*, which was thought, though vntruly, to be sister to a light house-wife by birth of the Ile called *Andros*: who being great with childe by him, he promiseth faithfully to marrie her, albeit his father had betrothed the other daughter of *Chremes* vnto him: who, as soone as he knew for a suretie his loue, made as though they should be married, coueting to trie his sons minde. Now, through *Davus* perswasion, *Pamphilus* was not against it: but *Chremes*, after he saw *Glycerie* to haue a young sonne, denies the marriage, and casts off his sonne in law. Within a while after, he bestoweth this his daughter *Glycerie* (being knowne of a sudden) vpon *Pamphilus*, & his other he giues for a wife to *Charinus*.

PRO-

PROLOGVS.

Poeta quum primùm animum ad scribendum appulit,
Id sibi negoti credidit solum dari,
Populo vt placerent, quas fecisset fabulas.
Verum aliter euenire multo intelligit.
Nam in Prologis scribundis operam abutitur,
Non qui argumentum narret, sed qui maleuoli
Veteris Poetæ maledictis respondeat.
Nunc quam rem vitio dent, quæso animum aduortite.
* *Menander fecit Andriam & Perinthiam.*
Qui vtramuis recte norit, ambas nouerit,
Non ita dissimili sunt argumento, sed tamen
Dissimili oratione sunt factæ ac stylo.
Quæ conuenere, in Andriam ex Perinthia
Fatetur transtulisse: atq; vsum pro suis.
Id isti vituperant factum: [a] *atq; in eo disputant,*
Contaminari non decere fabulas.
Faciunt næ intelligendo vt nihil intelligant.
Qui cùm hunc accusant, [b] *Nævium, Plautum, Ennium,*
Accusant, quos hic noster authores habet: Quorum æmulari exoptat negligentiam potius, quàm istorum obscuram diligentiam.
[c] *Dehinc vt quiescant, porro moneo: & desinant*
Maledicere, malefacta ne noscant sua.
[d] *Fauete, adeste æquo animo, & rem cognoscite,*
[e] *Vt pernoscatis, & quid spei sit reliquum.*
Posthac quas faciet de integro Comœdias
Spectandæ, an exigendæ sint vobis prius.

Hic prologus est relativus: siue defensorius, nam Terentii factum excusatur, & inuidia oneratur aduersarius, in quem maledicta regerũtur. Quæstio est, an licitum sit alienis translatis pro suo vtiq; vtitur statu absoluto. Nam fatetur id fecisse quod obiecerat illi aduersarius, sed exemplo & authoritate se purgat.

* Narratio.

a Status controuersiæ.

b Refutatio ab exemplis.

c Comminatio modesta; maledictorum imprecatio.

d Ab auditoribus fauorem captat ac beneuolentiam.

e Ab vtili vel a fine.

THE

THE PROLOGVE.

WHen first, the Poet gaue his mind to setting forth of comedies he thought surely that hee had nothing else to looke vnto but this, to wit, that the comedies he made might please the people: but he seeth it to fall out farre otherwise. For in writing of prologues he bestowes his labour to a wrong end; not who doth tell you the matter of the comedy, but answereth to the rayling speeches of the malitious cankred old Poet And now I beseech you, harken what it is he findes fault withall The Greeke Poet *Menander* set forth two comedies, one called *Andria*, the other *Perinthia*, he that knows either of them well, knowes them both: which albeit they differ little in the subiect matter: yet notwithstanding they are vnlike in composition and forme of speech. Now Terence confesseth that what things agreed to his purpose, those he hath taken out of *Perinthia* and brought them into this his comedie of *Andria*, and so to haue vsed them for his owne. Now that is the fact they find fault withall, and reason of it, saying, that a mingle mangle should not be made of comedies But verily in shewing themselues to be so wise, they manifest their follie Who when they reprehend this our Poet, they find also fault with *Nævius*, *Plautus*, and *Ennius*, whom this our Poet followeth, and wisheth rather to emulate their negligence, then the diligence of those fellowes which breedes obscuritie. Hence forth I aduise them to keepe themselues quiet hereafter, and leaue off to raile on me, least they should haue their ill deedes blased abroad I pray you keep silence, vse not partiallitie, and diligently weigh the matter, that you may euery way vnderstand, what hope remaines of the rest of the comedies which hereafter eftsoones we will act, to wit, whether they shall bee worthy the beholding, before they be iustly barred the stage of you.

Loquendi formulæ.

Animum adscribendum appulit, He applied his mind to writing.

Id sibi negoty credidit solum dari. He supposed that that was all hee had to doe: or he thought he should haue no other businesse but that alone.

Multo aliter euenire intelligit, He perceiueth it otherwise to happen.

Animum aduortite, Marke, be yeattent, giue eare, vnderstand yee, hearken.

Applicatio seu imitatio Grammatica.

Animum ad musicam totum appellit, Hee giueth his minde wholy to musicke

Id solum pecuniæ ille mihi credidit, He was the onely man that lent me the money.

Multo aliter eum sentire intelligo, I know that hee is of a farre other minde.

Oculos aduertite, Behold.

ACTVS.

ACTVS I. SCENA I.

SIMO, senex. SOSIA, libertus.

VOS istæc intrò auferte: abite. Sosia,
Adesdum: paucis te volo, So. Dictum puta:
Nempe vt curentur rectè hæc. Si. immo aliud.
So. Quid est,
Quod tibi mea ars efficere hoc possit amplius?
Si. Nihil istac opus est arte ad hanc rem quam paro:
Sed his, quas semper in te intellexi suas,
Fide & taciturnitate. So. expecto quid velis.
Si. [a] Ego postquam te emi à parvulo, vt semper tibi
Apud me iusta, & clemens fuerit seruitus,
Scis: feci à seruo vt esses libertus mihi,
Propterea quòd seruiebas liberaliter.
Quod habui summum pretium, persolui tibi.
So. In memoriâ habeo. Si. Haud muto factum.
So. Gaudeo,
Si tibi quid feci, aut facio, quod placet Simo: &
Id gratum fuisse aduersum te, habeo gratiam.
Sed mihi hoc molestum est: nam istæc commemoratio
Quasi exprobratio est immemoris beneficij.
Quin tu vno verbo dic quid est quod me velis.
Si. Ita faciam: hoc primum in hac re prædico tibi,
Quas credis esse has, non sunt veræ nuptiæ.
So. Cur simulas igitur? Si. rem omnem à principio audies.
[b] Eo pacto & gnati vitam, & consilium meum
Cognosces, & quid facere in hac re te velim.
[c] Nam is postquàm excêssit ex ephebis Sosia,
Liberiùs viuendi fuit potestas. Nam antcà
Qui scire posses, aut ingenium noscere,
Dum ætas, metus, magister prohibebant? So. Ita est.
Si. Quod plerique omnes faciunt adolescentuli,
Vt animum ad aliquod studium adiungant, aut equos
Alere, aut canes ad venândum, aut [d] ad philosophos:
Horum ille nihil egregiè, præter cætera
Studêbat: & tamen omnia hæc mediocriter.
Gaudebam. So. non iniuriâ. Nam id arbitror
Adprimè in vita esse vtile, vt nequid nimis.
Si. [e] Sic vita erat: facile omnes perferre ac pati,
Cum quibus erat, cumque vnà his sese dedere,
Eorum obsequi studijs aduersus nemini.
Nunquam præponens se illis: ita vt facillime
Sine inuidiâ laudem inuenias: & amicos pares.
So. Sapienter vitam instituit. Namque hoc tempore

Obsequium

Hic protatica persona inducitur, Sosia scilicet, quæ deinceps nusquam apparet.

a Exordij beneuolentia à meritis captatur.

b Propositio consilii.

c Narratio: qua exponit amores gnati, & consilium suũ de nuptiis. Est autem amplificata narratio occasionibus omnibus.

d Eclipsis, intelligi potest, animum applicare, addere.

e Facilitas & modestia Pamphili.

Obsequium amicos, veritas odium parit.

a Transit à laude filii ad mulierculam, & digressio est: proposuit enim gnati vitam dicere.

Si. [a] Interea mulier quædam abhinc triennium
Ex Andria commigrauit huc vicinię,
Inopia & cognatorum negligentia
Coacta, egregiâ formâ, atquæ etate integrâ.
So. Hei vereor ne quid Andriâ adportet mali.
Si. Primum hæc pudicè vitam, parce, ac duriter
Agebat, lanâ ac telâ victum quæritans.

b Nemo repente fit turpissimus: gradatim enim in vitia labimur.

[b] Sed postquam amans accessit pretium pollicens,
Vnus, & item alter (ita vt ingenium est omnium
Hominum à labore procliue ad libidinem)
Accepit conditionem: dein quæstum occipit.
Qui tum illam amabant, forte (ita vt fit) filium
Perduxere illuc secum, vt una esset, meum.
Egomet continuo mecum, Certè captus est,
Habet. [c] Obseruabam mane illorum seruulos

c Sedulitas paterna erga filios.

Venientes, aut abeuntes, rogitabam, Heus puer,
Dic, sodes: quis heri Chrysidem habuit? nam Andriæ
Illi id erat nomen. So. teneo. Si. Phrædum aut Cliniam
Dicebant, aut Niceratum. Nam hi tres tum simul
Amabant. Ego, quid Pamphilus? quid? symbolum
Dedit, cœnauit, gaudebam. Item alio die.
Quærebam: comperiebam nihil ad Pamphilum
Quicquam attinere. enimvero spectatum satis
Putabam, & magnum exemplum continentiæ.

d Argumentũ à maiori.

[d] Nam qui cum ingenys conflictatur eiusmodi,
Neque commouetur animus in ea re tamen:

Pamphili continentia.

Scias posse habere iam ipsum suæ vitæ modum.
Cum id mihi placebat, tum vno ore omnes omnia
Bona dicere, & laudare fortunas meas
Qui gnatum haberem tali ingenio præditum.

e Præteritio apta ad transitum & connectendũ ordinem.

[e] Quid verbis opus est? hac fama impulsus Chremes,
Vltrò ad me venit, vnicam gnatam suam
Cum dote summâ filio vxorem vt daret.

f Despondere est patris adolescentis, spondere est puellæ patris

Placuit, [f] despondi, hic nuptijs dictus est dies.
So. Quid ergo obstat, cur non veræ fiant? Si. audies.
Ferè in diebus paucis, quibus hæc acta sunt,
Chrysis vicina hæc moritur. So. ô factum bene,
Beasti. Metui à Chryside. Si. Ibi tum filius
Cum illis qui amabant Chrysidem vnà aderat frequens,
Curabat vnà funus, tristis interim.
Nonnunquam collachrumabat. Placuit tum id mihi.

Argumentum a minori.

Sic cogitabam, Hic paruæ consuetudinis
Causa, mortem huius tam fert familiariter:
Quid si ipse amasset? quid mihi hic faciet patri?

g Simo humanitati falsò ascribit quod erat amoris.

[g] Hæc ego putabam esse omnia humani ingenij,

Mansuetique

Manſuetique animi officia. Quid multis morer?
Egomet quoque eius cauſa in funus prodeo,
Nihil ſuſpicans etiam mali. So. Hem, quid eſt? Si. Scies.
h Effertur. imus. Interea inter mulieres,
Quæ ibi aderant, forte vnam aſpicio adoleſcentulam
Formâ. So. bonâ fortaſſe. Si. & vultu Soſia
Adeò modeſto, adeò venuſto vt nihil ſuprâ.
Quæ mihi tum lamentari præter cæteras
Viſa eſt, & quia erat formâ præter cæteras
Honeſta, & liberali, accedo ad pediſſequas.
Quæ ſit, rogo, ſororem eſſe aiunt Chryſidis.
Perculſit illico animum. At at, hoc illud eſt:
Hinc illæ lachrumæ: hæc illa eſt miſericordia,
So. Quàm timeo, quorſum euadas. Si. funus interim
Procedit. ſequimur. ad ſepulchrum venimus.
In ignem poſita eſt, fletur. Interea hæc ſoror
Quam dixi, ad flammam acceſſit imprudentius
Satis cum periclo. Ibi tum exanimatus Pamphilus
i Bene diſſimulatum amorem, & celatum indicat.
Accurrit. Mediam mulierem complectitur.
Mea Glycerium, inquit, quid agis? Cur te is perditum?
Tum illa vt conſuetum facilè amorem cerneres,
Reiecit ſe in eum flens quàm familiariter.
So. Quid ais? Si. redeo inde irâtus, atque ægrè ferens.
Nec ſatis ad obiurgandum cauſæ, diceret,
k Quid fecit? quid commerui, aut peccaui pater?
Quæ ſeſe voluit in ignem inycere prohibui,
Seruaui, honeſta oratio eſt. So. recte putas.
l Nam ſi illum obiurges vitæ qui auxilium tulit,
Quid facias illi, qui lederit damnum aut malum?
Si. Venit Chremes poſtridie ad me clamitans,
Indignum facinus comperiſſe. Pamphilum
Pro vxore habere hanc peregrinam. ego illud ſedulo
m Negare factum. ille inſtat factum. Denique
Ita tum diſcedo ab illo, vt qui ſe filiam
Negat daturam. So. Non tu ibi n gnatum? Si. Ne hæc qui-
Satis vehemens cauſa ad obiurgandum. So. qui (dem
Credo?
Si. Tute ipſe his rebus finem præſcripſiſti pater,
Prope adeſt, quum alieno more viuendum eſt mihi:
Sine nunc, meo me viuere interea modo.
So. Quis igitur relictus eſt obiurgandi locus?
Si. o Si propter amorem vxorem nolit ducere,
Ea primum ab illo animaduertenda iniuria eſt.
Et nunc id operam do, vt per falſas nuptias
Vera obiurgandi cauſa ſit, ſi deneget;

Simul

h Mira orationis breuitas.

i Amor Pamphili erga Glycerium proditur

k Proſopopœia excuſantis Pamphili.

l Ratio animoſi.

m Mire expreſſa ſenilis concertatio.
n Eclipſis verbi obiurgaſti.

o Prudens Simonis conſilium

Simul scelcratus Dæmus si quid consili
Habet, vt consumat nunc, cum nihil obsint doli.
Quem ego credo manibus pedibusque obnixè omnia
Facturum, magis id adeò mihi vt incommodet,
Quàm vt obsequatur gnato. So. quapropter?
Si. rogas?
f *Mala mens, malus animus. & quem quidem ego si sensero.*
Sed quid opus est verbis? Sin euenat (quod volo)
In Pamphilo vt nihil sit moræ: restat Chremes,
Qui mihi exorandus est, & spero confore.
Nunc tuum est officium, has bene vt assimules nuptias,
Perterrefacias Dæmum: obserues filium,
Quid agat, quid cum illo consili capiat. So. sat est.
Curâbo, eamus iam nunc intrò. Si. I præ, sequar.

f Argumentum à natura.

Expositiones morales.

In Sosia est seruorum officium.
In Pamphilo sunt mores & studia adolescentium.
In Chrysíde sunt gradus quibus ab honestâte ad vitæ turpitûdinem peruenitur.
In Glycerio est pietas fororis in funeratiône, & amore adolescentulorũ
In Simone est sollicitûdo parentum, vt liberi ab amore scortorum in matrimonium vocentur.

The Argument.

Simo discourseth vnto his late bondman, first of the honest life of his sonne: secondly of his falling in loue: lastly hee discloseth why he feigneth a marriage for his sonne.

Simo the old man. Sosia the seruant.

SIrs, haue in these things: away dispatch. Sosia come thou hither. I will speake a word or two with thee.

So. I know your mind already: to wit, that these things bee heedfully looked vnto of me.

Si. Nay indeed, it is another maner of matter.

So. What is it sir, that my skill or science can stand you in more stead then this comes to?

Si. I haue no need of that science for this thing which I am now about, but these two, faithfulnes and secrecie, which I haue alwaies noted to be in thee.

So. I long to know what your will is with me. I desire to know your pleasure.

Si. Thou knowest how reasonable and easie a bondage or seruice thou hadst with me, euer since the time I bought thee of a little one: & because thou didst thy seruice honestly and willingly, of a bondslaue I haue thee my free-man, so as I rewarded thee with the best thing I had.

So. I am mindfull of it: or I doe not forget it.

Si. I repent me not of that I haue done & I wish it not to be vndone.

So. Master, I am glad if I haue done or doe any thing that likes or pleaseth you: and I giue heartie thankes, that you haue

so

ſo well accepted of it: but this you ſay is a trouble or griefe to me. For this manner of ripping vp of olde don deedes, is as it were an vpbraiding of one vnmindfull of a benefit or good turne But ſpeake, and tell me in a word, what iſt you would with me?

Si. I will doe ſo: this onely firſt and formoſt I tell thee: this marriage which thou weeneſt to be certain, is but a fained marriage.

So. For what cauſe doe you pretend it then?

Si. Thou ſhalt heare all the matter from the beginning, ſo ſhalt thou vnderſtand both my ſonnes life and my intent, as alſo what I would haue thee to doe in this behalfe. When my ſonne grew to mans eſtate, hee had leaue to liue more at random: for before, or till then how couldeſt thou know his nature, or diſcerne his diſpoſition, whilſt tender yeares, young age, awe, and his maſter kept him vnder?

So. Its true ſir

Si. That which all young men for the moſt part doe, applying their mindes to ſome kinde of ſtudie or other, as either to riding of horſes, or keeping of dogges for hunting, or to giue his mind to his booke: he gaue him chiefely not to one of theſe more then another, and yet was reaſonably well ſeene in them all: I was glad of it.

So. And good cauſe why; for I holde it for a very commodious matter in a mans life, *not to goe too farre in any thing.*

Si. In this ſort was the manner of his life, euen gently to beare and take all in good worth, at all mens handes that hee kept companie with, betaking himſelfe to do as they did, and to follow their ſtudies and exerciſes; not thwarting any man, nor at any time putting forth himſelfe before his companions, ſo as thou might eſt eaſily purchaſe praiſe, and not be enuied, and alſo furniſh thy ſelfe with friends.

So. Hee tooke him to a wiſe courſe of liuing; for now-a dayes, *plauſiblenesſe gaines friends, and truth gets foes.*

Si. In the meane time a certaine woman of excellent beautie, and in the flower of age, came from *Andros*, now three yeares ſince, to dwell here in our neighbourhood or gate-row, being hereto driuen through verie pouertie, and the ſmall reckoning that was made of her among her owne kindred

So. Alas, I feare that this woman of *Andros* might be cauſe of ſome ill.

Si. At the firſt ſhe liued chaſtely, ſparingly, and hardly, earning her liuing by wooll and webbe. But afterward reſorted now one louer, then another, promiſing reward vnto her, & as all are naturally giuen, or bent full ſoone to leaue labor, and follow luſt: euen ſo this woman accepted the offers, and then ſhe began the game. They which then loued her (as it fell out) carried my ſonne thither in company with them. I ſtraight way imagined with my ſelfe; without doubt hee is caught for a bird; he hath his errand, I watched their pages betimes in the morning, as they were wont to com thence, or goe thither: I oftentimes asked, Ho, ſir boy, tell mee if thou be a good fellow, who yeſterday had his pleaſure of *Chryſis* (for ſhee of *Andros* was ſo called:)

So. I vnderſtand you.

Si. They would ſay either *Thedria*, or *Clinia*, or *Niceratus*; for theſe three loued her all at once. But what did *Pamphilus* hah? What ſaid he? Marrie he ſupt and paide his ſhare. I was well apaid of this. In like ſort I made inquirie at another time, and could not finde that *Pamphilus* was any way touched with diſhoneſtie. Therefore I thought I had ſufficient trial of him, and that he was a notable pattern of chaſtitie, for he that hath to doe with men of ſuch conditions, and yet is not moued in minde that way, one would

thinke, or thou maist know that now hee hath the rule and guiding of his own life: Now ouer and besides that this liked my selfe well, loe all the other men also euen with one consent, gaue all the commendations that might be, and praised my happy state, in that I had a Sonne, indued with so good wit and gouernment. What needes many words? Chermes stird vp by this good report, came of himselfe vnto me, for this end, to match his only daughter in marriage with my Sonne, and that with a verie large dowrie: I was well pleased withall, promising him my sonne: and this verie day was appointed for the marriage.

So. Why then what letteth, that it is not made accordingly?

Si. That shalt thou heare: shortly after within few daies that these thinges were a doing, this Chrysis our neighbour dyed.

So. O happie chance, you now made me glad, for I still doubted the worst of Chrysis.

Si. Then my Sonne was there, euer and anone in companie with those that loued Chrysis: he was as busie as the best, in setting forth the buriall: being all this while very sad, and now and then would euen shed teares with them for company: this also liked mee well enough: for thus thought I: hee that vpon small acquaintance and familiarity, takes this womans death so to hart, what if he had loued her himselfe? or how would hee take on for me his Father? so I tooke all this to haue proceeded of a good nature, and gentle heart. To be briefe, I my selfe for his sake goe forth to the buriall, mistrusting no ill.

So. O what followed?

Si. Thou shalt know by and by. The course is brought forth; wee passe along with it: anone I chance to cast mine eye (among the women there) vpon a prettie young damsell, of such fauour.

So. Peraduenture good.

Si. And of such a modest and sober countenance, Sosia, and so passing beautifull to looke vpon, that there could not possibly bee more in a woman; who then to my seeming, made greater sorrow then any of the rest: and for that she excelled all the other women, bearing shew of an honest woman, and one of good birth, I get me straight to the waiting maids, and asked what she might bee: they tell mee that she was sister to Chrysis. That went to the heart of me. Out; alas, this is it I wist not of: hence came those his teares: here is she whom he pitied so.

So. O how greatly I feare, whereto your tale tends?

Si. Well: on goes the coarse still: we follow after: we come to the place of buriall: she is put into the fire: they weepe. In the meane season this sister whom I told you of, rusht headlong to the flame with no small ieopardie: wherat my son Pamphilus being sore affrighted, did loe then bewray his loue which hee had cunningly cloked and kept secret all this while: he runs vnto her and takes her about the middle. My sweet heart Glycerie (quoth he) what do you? why goe you about to cast away your selfe? with that she cast her selfe weeping and leaning vpon him so familiarly, as that a man might easily perceiue their olde accustomed loue.

So. What say you?

Si. I returne thence angry and disquiet in minde, and yet had I not cause sufficient to chide him: for he might haue said; Father, what haue I done? what punishment haue I deserued? or wherein haue I offended? the maide which wilfullie would haue thrown herselfe into the fire, I staied and saued her life: this is an honest excuse, if he had said so.

So. Its well considered of you: for if you would chide him, which helped to saue

ones

ones life, what would you do to him that wrought ones harm or miſchiefe? Si. The next day following, Chremes came to me crying out, what a ſhamefull act it was, that Pamphilus (as he had found out for a certainty) vſed this ſtrange naughty pack euen as his wife: I ſtrait way denied that there was any ſuch matter: hee earneſtlie affirmes that it was ſo; well, in the end, I parted from him, as one then vtterly refuſing to match his Daughter with my Son.

So. Did you not then rebuke your Son for it? Si. No, no this was not cauſe great enough to rebuke him. So. How ſo I pray you? Si. He might haue anſwered thus. Father, you your ſelfe haue ſet a time when theſe thinges ſhall ceaſe; iwis it is not long hence I muſt liue after anothers pleaſure, with my head vnder anothers girdle; ſuffer mee then now in the meane while to liue as I liſt my ſelfe. So. What occaſion then is left to rebuke him; Si. Marry if for cauſe of his loue, he ſhall refuſe to take a wife, then for that offence will I firſt correct him to begin withall. And now my indeuour is this, that by meanes of this fained marriage, I may haue iuſt cauſe to chide him; if he ſhould thoroughly deny. And withall that the naughty knaue Davus, if he haue any ſubtle deuiſe, may now ſpend it, while this craft can do no harme; who I verily beleeue will labour heerein with tooth and naile, to the vttermoſt that in him lies, the rather that he may work me a diſpleaſure, then for any care hee hath to follow my ſonnes fancy.

So. Why ſo? Si. Doſt thou aske; An ill minde, an ill meaning; whom if I ſhall perceiue; but what needs I vſe many words, and if ſo be it, all doe fall out as I would, that there be no let or delay in my Sonne Pamphilus; then haue I nothing to do but intreat Chremes for his daughter; and I hope that will come to paſſe. Now it is thy part to ſet on a good face in faining this ſame marriage, to make Davus throughly afraid, and to bee a watch ouer my ſonne, eſpying what hee doth, and whereof Davus and he doe conſult together. So. You haue ſaid enough. I will ſee to it: we may now goe in.

Formulæ Loquendi.

Iſtæc intro aſferte. Haue in this geare.

Paucis te volo. I would ſpeake a word or two with you.

Curentur recte hæc. Let theſe things bee carefully looked vnto.

In memoria habeo. I remember or beare it in minde.

Habeo gratiam. I thanke you.

Mihi hoc moleſtum eſt. This grieueth me.

Rem omnem à principio audies. You ſhall heare all the matter from the beginning.

Excеſſit ex ephæbis. He is no babe, hee is paſt a childe, he is come to mans ſtate.

Sapienter vitam inſtituit. Hee taketh a wiſe way of liuing; or a good courſe of life.

Abhinc triennium. Three yeares hence; or, now agone.

Commigravit huic viciniæ. Hee hath remooued into theſe quarters or parts; hee is come to be our neighbour.

Quid eſt quod me velis? What would you with me; whats your pleaſure?

Mulier egregia forma & integra ætate. A woman of excellent beauty, and in her beſt life, or flowre of her age, nothing broken.

Lana ac tela victum quæritat. Shee getteth her liuing with ſpinning & carding.

Captus eſt. He is taken, he is in the ſnare; he is in for a bird, he is in by the weeke.

Habet. He vſeth her.

Dic ſodes. Tell on of good fellowſhip; if thou be a good fellow, tell me.

Habet ſuæ vitæ modum. He is his owne man; he liueth as he liſt, hee is vnder no mans controulment.

Quid multis moror? Why holde I you with long communication? why doe I make all these words?

Nihil suspicor mali. I mistrust or misdeem none ill.

Adolescentula, formâ & vultu adeo modesto, adeo venusto, vt nihil supra. A young wench, a pretty depper lasse, a little yong minion of beauty and countenance so demure and so faire, or well fauoured withall, as that nothing may excell it, or goe beyond.

Adolescentula præter cæteras formâ honestâ & liberali. A young girle, of beautie more comely and pleasant then the rest.

Percussit mihi animum. It smote mee to the heart; it danted me; it made my hart colde in my beilie.

Quam timeo? How greatly I feare?

Satis cum periculo. With perill and danger enough; or at a shrewd aduenture.

His rebus præscripsisti finem. You haue appointed an end to these matters

Sine meo me viuere modo. Suffer me to liue after mine owne fashion.

Manibus pedibusque obnixe facit omnia. He doth all things with tooth and naile; as much as in him lieth; or hee doth all that euer he may right busily.

Incommodat mihi. Hee diseaseth me; he doth me displeasure; he annoyeth me.

Obsequitur illi. He doth as hee will haue him; he is ruled by him, he followes his minde or appetite.

Frequens adest. He cannot tarrie away a minute of an houre.

Mortem fert familiariter. Hee takes her death grieuously.

Eius causa aliquo prodire. To goe forth any whither for his sake.

Bene dissimulare possit fraude. He can cunningly couer a knaues head with an honest mans hat; hee can finely cloake his deceit.

Cælatum indicat. Hee hath disclosed a secret.

Mediam mulierem amplectitur. He takes her about the middle.

Honesta est oratio. Its a good excuse, a speech not to be found fault withall.

Auxilium ei tulit, ac dederit damnum. He plaieth Margery Good-cow, which giues a gallon of milke, and strikes downe the paile with her heele when she hath done.

Pro vxore cum habere hanc comperit. He knoweth for certaintie that hee vseth her as though she were his wife.

Alieno more viuendum est mihi. I must liue at the bend of another mans bow.

Ab illo animaduertenda est iniuria. He must be correct and punished for his offence.

In te nihil sit moræ. Let there be no delay in thee; or in thy behalfe.

Mihi exorandus es. I must entreate you.

Obserues illum quid agit; quid captet consilij. Watch him what he doth, waite what he intendeth.

Cum authoritate conflictatur eiusmodi, neque commouetur tamen. Although he contend with a man of such authority, neuertheless he is nothing moued

Eruditione, & humanitate impulsus est. He is moued by his learning and gentlenesse.

O Cloacam edacem ac bibacem. O thou deuouring and gullowing paunch of a glutton.

Adeo diues, adeo liberalis, vt nihil supra. So rich, and so liberall withall, as no man can be more.

Aliquid illinc adportat detrimenti. Hee brings vs some losse from thence.

A virtute ad turpe vitium procliues sumus natura. We are all prone by nature to forsake vertue and follow vice.

Sententiæ.

Adprime in vita est vtile, vt nequid nimis.

Obsequium amicos, veritas odium parit.

Ingenium est ominum hominum à labore procliue ad libidinem.

Mala mens, malus animus.

Qui cum malis conflictatur ingeniis, commouebitur animus, ni vitæ suæ modum habeat.

ACT. I. SCEN. II.

Argumentum.

Filij amorem explorat pater, simulat futuras nuptias, interminatus Dauo pistrinum, si quid fallaciæ in ipsis fuerit nuptiis conatus.

SIMO. DAVVS.

NOn [a] *dubium est, quin vxorem nolit filius:*
[b] *Ita Dauum modo timere sensi, vbi nuptias*
Futuras esse audiuit; sed ipse exit foras.
D. Mirabar, hoc si sic abiret, & heri semper lenitas
Verebar quorsum euaderet:
Qui postquam audierat non datum iri filio vxorem suo,
Nunquam cuiquam nostrum verbum fecit, neque id ægre tulit,
S. At nunc facict, neque vt opinor, sine tuo magno malo.
D. [d] *Id voluit, nos sic nec opinanteis duci falso gaudio,*
Speranteis iam amoto metu, interea oscitantes opprimi,
Ne esset spatium cogitandi ad disturbandas nuptias.
[e] *Astute. S. carnifex quæ loquitur? D. herus est, neque præuideram.*
S. Daue. D. Hem, quid est? S. ebodum ad me, D. quid hic vult?
S. quid ais? D. [f] *qua de re? S. rogas?*
Meum gnatum rumor est amare. D. [g] *Id populus curat scilicet.*
S. Hoccine agis, [h] *an non?* [c] *D. ego vero istuc. S. sed nunc ea me exquirere,*
Iniqui patris est? Nam [i] *quod antehac fecit, nihil ad me attinet.*
Dum tempus ad eam rem tulit, sui animum vt explerct suum.
[k] *Nunc hæc dies aliam vitam adfert, alios mores postulat.*
Debinc postulo, siue æquum est, te oro Dave, vt redeat iam in viam.
D. Hoc quid sit? S. omnes qui amant, graviter sibi dari vxorem ferunt.
D. Ita aiunt. S. tum si quis magistrum cepit ad eam rem improbum,
Ipsum animum ægrotum ad deteriorem partem plerunque applicat.
D. Non hercle intelligo. S. non? hem. D. non: Davus sum, non Oedipus.
S. Nempe ergo aperte vis, quæ restant, me loqui? D. sane quidem.
S. Si sensero hodie quicquam in his te nuptijs,
Fallaciæ conari, quo fiant minus.

a Spargitur res in personas, & instituendum consilium exequitur
b Signum ex adiunctis.
d Callida Davi suspitio,
e Subiecta in fine ironia.
f Negantis interrogatio.
g Ironica reiectio dissimulantis
h Id est, audis.
i Indulgentia patris.
k Locus Rhetoricus a tempore

Aut velle in care oſtendere, quàm ſis callidus,
Verberibus cæſum te in piſtrinum, Dave, dedam vſque ad necem,
Ea lege atque omine, vt ſi te inde exemerim, ego pro te molam.
Quid, hoc intellexti? an nondum etiam, ne hoc quidem? D. immo callide,
Ita aperte ipſam rem modo locutus, nihil circuitione vſus es,
S. Vbivis facilius paſſus ſim, quam in hac re, me deludier.
D. Bona verba quæſo, S. irrides? nihil me fallis. ſed dico tibi,
Ne temere facias, neque tu haud dicas tibi non prædictum: cave.

Ethicæ ſeu morales expoſitiones.

Matrimonium vtiliſſimum eſt amatoribus remedium.

Domeſtica exempla ſunt admodum perniciola: eſt enim talis pædagogia peſte peſtilentior.

Improbis ſervis & immorigeris ſua eſt pœna.

ACT. I. SCEN. II.

The Argument.

The Father having found out that his Sonne is in loue, prætendeth a marriage for him: he threatneth Davus with puniſhment, if he ſhall goe about any deceit to hinder the mariage,

SIMO. DAVVS.

THere is no doubt but my ſon will refuſe to haue a wife: I noted ſuch fear erewhile in Davus, as ſoone as he heard that there was a mariage towardes; but loe were he comes forth himſelfe.

D. I marueile if this matter ſhould paſſe away ſo, and ſtill I feared whereto my maiſters long gentleneſſe would grow at length: who after hee heard that ſhee whom he thought of, ſhould not be giuen in mariage to his ſon, did (notwithſtanding) neuer ſpeake word to any of vs, nor yet was any thing moued at it.

Si. But now he will, and that as I weene to thy coſt.

D. His purpoſe was to haue vs brought vnderhand into a fooles paradiſe, to the end that now hoping the beſt, and hauing caſt off all feare, we ſhould ſuddenly be taken napping, in ſuch ſort, as wee might not haue time to bethinke vs how to preuent the marriage. A ſutle Foxe I warrant him.

Si What prates this hangman.

D Good lord, my maiſter is heere, and I ſaw him not till now.

Si Davus?

D. Now, whats the matter?

Si Come your way hither to me.

D. What will this man with me?

Si. Whats that thou ſaiſt?

D. Whereof ſhould I talke?

Si Askeſt thou whereof? Sirra, the report is that my ſon is in loue.

D Yea, no doubt, the world careth much for that.

Si. Nay, but doſt thou minde this I tell thee, or not?

D I minde it well enough.

Si. Well, for me now to go ſearch and ſift out the matter, were but the part of a hard father; for what he did heretofore,

pertaineth

pertaineth nothing at all to me; so long as he tooke time conuenient for it, suffered him to fulfill his desire. Now it is high time for him to leade another life, and to change his manners And therefore I require, and if it be meet for me to doe so, I desire thee Davus, that now at length he do returne into the right way, that he may repent of his former done deedes; that now hee may haue sowne his wilde oates, that now he may leaue all company, and become an honest man.

D. What meane you by this?

Si. Al men that be in loue, can ill away to haue wiues appointed them by others.

D. So they say.

Si. Then if any take a knaue for his schoole-maister in that behalfe, the louesicke minde of the scholler, is by him commonly applied to all naughtinesse.

D. I truly I vnderstand you not.

Si. No? D. I am Davus, not Oedipus, I am a plaine fellow, not booke learned, and no reader of riddles.

Si. Wilt thou then that I speak the rest of my minde plainly.

D. Yes a Gods name.

Si. If that I perceiue thou go about to worke any deceit this day to the end to breake off his marriage, or that heerein thou wilt shew how slie & craftie a companion thou art; I wil cudgill thee well and thriftily, & then cast thee into bridewell or grinding house to grinde til thou die; with this couenant and condition, that if I take thee out thence, then I my selfe to grinde in thy place. What, hast thou vnderstood me now? or dost thou not yet vnderstand this neither?

D. Yes full well, you went now verie plainly to worke, and nothing about the bush. Indeed you now are plaine Iohn, your wordes are very voide of obscuritie, you haue vsed no circumstances.

Si. I could rather beare any abuse at thy hands, thē be deluded in this matter,

D. I pray you threaten me not, giue good words I beseech you sir.

Si. What laugheſt thou me to scorne? I see I am not a whit deceiued in thee; but I tell thee this, that thou be not ouerrash, and that thou maist not say hereafter, but thou hadst a faire warning.

Formulæ loquendi.

Nolit vxorem. He will not marrie.

Ipse exit foras. He himselfe now comes forth a doores.

Mirabar, istic si sic abiret. I wondred that the knaue should escape.

Nunquam cuiquam nostrum verbum fecit. He spake not at all to any of vs.

Eam sibi non datum iri, id ægre fert. That greeueth him that he may not haue her.

Nos opinantes ducimur falso gaudio. Hee makes vs beleeue the moone is made of a greene cheese. He brings vs silly ones, into a fooles paradise.

Oscitantes opprimimur. Wee are taken napping.

Spatium cogitandi illorum non est. There is no leasure to bethinke our selues of those things

Non præuideram. I foresaw it not, I took no heed to it.

Ebodum ad me. Hoe, sirra, come neere to me.

Quid malum hic vult? Whats the matter now with him? what arope ailes hee? what a deuill would he haue?

Nihil ad me attinet. I haue nothing to do with it. Its nothing concerning me.

Id curat scilicet. No doubt he takes great heed to that.

Exquisiuit rem omnem. He hath sifted & searched out the whole matter.

Tempus ad id non ferat. The time cannot serue for that purpose now.

Sino, animum vt expleret suum. I now let him take his belly full.

Redyt iam in viam. Hee is now become

another man, hee hath now recouered himselfe againe.

Magistrum cepit improbum. Hee hath gotten him a bad Schoole-maister.

Animum ad deteriorem partem plerunque applicat. He is neuer well almost but when he is playing the knaue. Take him commonly with a good turne, and strike off his head. Hee is seldome doing a good turne.

Aliquid fallaciæ conatur. Hee is about some one peece of knauery or other.

Vellet ostendere, quam sit callidus. Hee is desirous to shew you some poinrs of knauery, or slye trickes of an honest man.

Verberibus cæsum te in pistrinum dedam vsque ad necem. I will al to becurry thee, or bethwacke thy coate, and then put thee in bridewell to draw at the mill so long as thou liuest.

Se inde exemerit, Hee is gotten out of the stockes.

Circuitione vsus est. Hee went about the bush with him.

Se deludi facile haud patitur. You cannot easily make him a foole. Hee is none of Iohn Whobals Children. He will be abused at no mans hands if he may.

Bona verba quæso. You will not doe as you say. Good words I pray you. Giue vs faire language.

Nihil me fallis. Thou art euen hee that I tooke thee for. Thou canst not beguile me, I know thee well enough.

Ne temere facias. Play not the foole; be well aduised what thou doest.

Ne dicas tibi non prædictum. Say not but you were told it before; or say not but you haue had warning.

Sententiæ.

Nunquam fortis cuiquam de illo detrimento maximo verbum fecit, neque id ægre fert.

Nec opinantes ducuntur falso gaudio, sperantes amôto metu, oscitantes interea opprimuntur: nihil prævident stulti.

Nunc hæc dies aliam vitam adfert, alios mores postulat, tempus mutat mores.

Omnes qui amant, grauiter sibi dari vxôrem ferunt.

Magistrum qui cepit improbum, ipsum animum ægrotum ad deteriorem partem plerunque applicat.

Non facilè patitur sapiens vllâ re se deludi; nihil se fallunt improbi, nihil temere faciunt, sed omnia quasi sibi prædicta cauent.

ACTVS I. SCÆNA III.

Argumentum.

In hac scena deliberat Davus, velit Pamphilo esse adiutor, an auscultare seni.

DAVVS.

ENim vero Daue, nihil loci est segnitiæ, neque socordiæ.
Quantum intellexi modo senis sententiam de nuptys,
Quæ si non astu prouidentur, me aut herum pessundabunt.
Nec quid agam, certum est: Pamphilumne adiutem, an auscultem seni.

Si

Si illum relinquo, eius vitæ timeo? si opitulor, huius minas;
a Cui verba dare, difficile est. primum iam de amore hoc comperit.
Me infensus seruat, ne quam faciam in nuptiis fallaciam.
Si senserit, perij, aut si libitum fuerit, causam ceperit.
Quo iure, quaque iniuria præcipitem me in pistrinum dabit.
Ad hæc mala hoc mihi accedit etiam: hæc Andria,
Sive ista vxor, siue amica est, grauida à Pamphilo est.
Audireque eorum est operæ prætium audaciam.
b Nam inceptio est amentium non amantium.
Quicquid peperisset, decreuerunt tollere.
Et fingunt quandam inter se nunc fallaciam.
Ciuem Atticam esse hanc. c fuit olim quidam senex
Mercator; nauem is fregit apud Andrum insulam.
Is obyt mortem: ibi tum hanc eiectam Chrysidis
Patrem recepisse orbam, parvam. d fabulæ.
Mihi quidem Hercle, non fit verisimile: atque ipsis commentum placet.
e Sed Mysis ab ea egreditur, at ego hinc me ad forum, vt
Conueniam Pamphilum: ne de hac re pater imprudentem opprimat.

a Occupatio quâ firmat a sagacitate & diligentia senis. Verba dare, est decipere.
b Paranomasia est, siue agnominatio apud Cic.
c Narrat partem argumenti per occasionem.
d Reiectio minime credentis.
e Præparatio ad aliam scenam, veluti annexio quædam, quod alibi quoque in fine obseruandum est.

Expositiones Morales.

Nunquam hodie tecum [c] *commutaturum patrem*
Vnum esse verbum, si te dices ducere.

a Actio tribus rebus constat, cogitando, dicendo, gerendo.

b Id est, disturbet.

c Commutare verba, est pro bonis dictis mala ingerere.

Moralis expositio.

Patris solicitudo de consilio filiorum & seruorum captato.

In rebus arduis & grauibus rara est constantia.

ACT.

ACT. II. SCEN. IV.

The Argument.

In this ſcene are diuers practiſes on both ſides: Davus putteth Pamphilus in minde that he do not feare or faint, but that he be prouided what to ſay to his father.

SIMO. DAVVS. PAMPHILVS,

ICome againe to ſee what they are a doing or conſulting.

D. Hee makes ſure account that you will refuſe to marry: hee hath ſtudied by himſelfe, and is now come out of ſome ſolitarie corner, hoping hee hath deuiſed talke, wherewith hee may bring you beſides your ſelfe. Therefore ſee that your wits be your owne.

P. I will doe as well as I may.

D. Maiſter credit me in this: I ſay vnto you, that your Father will not giue you one ill word to day: if you do but ſay you will marrie.

Formulæ Loquendi.

Remiſo quid agant, aut quid captent conſilij. I come againe to ſee what they doe, or where about they go.

Venit meditatus alicunde ex ſolo loco. He comes out of ſome ſecret place where hee hath beene muſing alone, or bethought him what to ſpeake.

Inueniet orationem. He will finde you chat: he will want no wordes. Hee will diuiſe matter of talke. Hee will not be at a nonplus.

Eum oratione tu differs. You put him beſide his reckoning with your talking, you bring him to his wits ende You trouble him. You make him that hee cannot tell where abouts he is.

Tu fac, apud te ut ſis. See that your wits be your own. Let not your wits be a wooll gathering.

Ne verbum vnum tecum hodie commutabit. He will not giue you one foule word to day.

Sententiæ.

Sola loca aptiora ſunt ad cogitandum,
Nulla libera meditatio habetur in frequentia.

ACTVS II. SCENA V.

Argumentum.

Pamphilum Byrrhia obſeruat; idem Pamphilus patri reſpondet, ſe facturum quæ volet ille omnia. Charino eadem renuntiat Byrrhia.

Docetur ſpectator quid agat hic

HErus me relictis rebus, iuſſit Pamphilum
Hodie obſeruare: at quid ageret de nuptijs

Scirem.

Scirem. Id propterea nunc hodie venientem ſequor.
Ipſum adeo præſto video cum Dauo. hoc agam.
S. Vtrumque adeſſe video. D. hem ſerua. S. Pamphile,
D. Quaſi de improuiſo reſpice ad eum. P. hem pater.
D. Probe. S. hodie vxorem ducas, vt dixi, volo.
B. Nunc noſtræ parti timeo, hic quid reſpondeat
P. [b] *Neque iſtic, neque alibi tibi vſquam erit in me mora.*
B. [c] *Hem.*
D. Obmutuit. B. [d] *quid dixit? S. facis vt te decet,*
Quum iſtuc quod poſtulo, impetro cum gratia.
D. Sum verus? B. Herus quantum audio vxore excidit.
S. I iam nunc intro; ne in mora quum opus ſit, ſies.
P. Eo. B. [e] *Nulla ne in re eſſe homini cuiquam fidem?*
Verum illud verbum eſt, vulgo quod dici ſolet,
Omnes ſibi melius eſſe malle, quam alteri:
Ego illam vidi virginem: forma bona
Memini videre [f]*. quo æquior ſum Pamphilo,*
Si ſe illam in [g] *ſomnis, quam illum amplecti maluit.*
Renuntiabo, vt pro hoc malo mihi det malum.

Byrrhia: quod in aliis quoque principiis interdum eſt obſeruandum.

b Vafrum Pamphili reſpondū.
c Eſt dolentis ſubito,& periculi.
d Interrogatio indignantis, & ſecum hic totum loquitur Birrhia
e ὄπι φόνως, ſic Vir. Nuſquam tuta fides. Iuv. fronti nulla fides Ironia eſt.
g Id eſt vigilans: aut per noctem. in ſenſu priori eſt vnica dictio adiectiua, in poſteriori duæ.

Moralis expoſitio.

In Byrrhia eſt ſeduli ſerui officium.
In Simone patris in filium authoritas.
In Pamphilo eſt filii in patrem pietas & honeſta obedientia.
In Dauo eſt ſeruilis calliditatis exemplum.
Preterea in Byrrhia querimoniæ ſimplicitas: in Dauo eſt παρέγγυητικὸν.

ACT. II. SCEN.

The Argument.

Byrrhia watcheth Pamphilus: Pamphilus anſwereth his Father, that he is ready in all things at his commaundement. Byrrhia makes report thereof to Charinus.

BYRRHIA, SIMO, DAVVS, PAMPHILVS.

MY Maiſter gaue me commandement, that ſetting all buſineſſe aſide, I ſhould watch Pampilus this day, to the end I might learne what he did as touching the marriage, and that is the matter I am now come after him hither: but loe where hee is with Davus, heere hard at hand. I will doe that I come for.

Si. I ſee them both preſent before my face.

D. Hem, looke to your ſelfe.

S. Pamphilus.

D. Turne ſuddenly towardes him, as though you were not aware of his comming.

ming.

P. Oh father.

D. Well handled of you.

S. I will haue thee to be married to day, as I told thee before.

B. Now I feare of your side, how this man would answer.

P. Neither in this thing, or any thing else shall you finde any delay or let in me.

By. Out alasse.

D. He hath neuer a word more to say.

B. What did he answer.

S. Thou dost as it becommeth thee, in that I obtaine with thy good will that thing, which I required at thy hands.

D. Did not I say true?

By. As far as I heare, my maister is like to leape beside his wife.

Si. Now go thy waies in, that there bee no tarrying for thee when need is.

P. I goe.

B. Is there no trust to be put in any man for any thing in the world? That is a true word, which is commonly vsed to be said: *Euerie man wisheth more good, or better to himselfe, then to another*. I my selfe haue seene that same maiden, and I remember shee was of a good louely fauour: Therfore I blame not Pamphilus so much, though hee had rather be colling of her himselfe a nights, then that my maister should. Well, I will goe shew all to my maister, that for these ill newes, hee may giue me ill language.

Formulæ loquendi.

Ipsum præsto video. I see him heere at hand.

Nostræ parti timco, I feare our side will haue the worst.

Nihil tibi erit in me moræ. You shall not stay for me. I will be readie for you.

Impetro cum gratia. *I* haue it with his good leaue and liking. *I* obtaine it with his good will.

Vxore excidit. He loseth his wife. Hee is like to leape beside his wife.

Quantum audio. As much as *I* can perceiue by their speeches. As far as *I* heare.

Vulgo dici solet. It is an vsuall speech: it is wont to be a common saying.

Memini videre illam. *I* remember *I* saw her.

Aliquior sum illi quàm huic. *I* blame him not so much, or finde not so much fault with him, as this.

Sententiæ.

Facit vt decet filium, si quod postulat pater, impetret cum gratia.

Nulla in re hodie est hominum fere cuiquam fides.

Omnes sibi melius esse malunt, quã alteri.

ACT. II. SCEN. VI.

Argumentum.

In hac scena Davus Simonem, & Davum Simo fallit, quæ res non iniucunda est.

DAVVS. SIMO.

Hæc [b] *nunc me credit aliquam sibi fallaciam*
Portare: & ea me hic restitisse gratia.

[b] Davus ita loqui videtur vt spectator tantũ audiat: sic tamẽ ait, vt velit audiri a Simone.

Si.

Si. Quid Davus narrat? D. [c] *æque quicquam nunc quidẽ.*
S. Nihil ne? hem, D. nihil prorſus. S. atqui expectabam quidẽ.
D. [d] *Præter ſpem euenit, ſentio: hoc male habet virum.*
S. Potin es mihi verum dicere? D. Nihil facilius.
S. Num illi moleſtæ quippiam hæ ſunt nuptiæ,
Propter hoſpitæ huiuſce conſuetudinem?
D. Nihil hercle, aut ſi adeo, bidui aut tridui eſt
Hæc ſollicitudo: noſtin? deinde deſinet.
Etenim eam ſecum rem recta reputabit via.
S. Laudo. D. dum licitum eſt illi, dumque ætas tulit,
Amauit: [f] *tum id clam, cauit, ne vnquam infamiæ*
Ea res ſibi eſſet, vt virum fortem decet.
[g] *Nunc vxore opus eſt: animum ad vxorem appulit.*
S. [h] *Subtriſtis viſus eſt eſſe aliquantulum mihi.*
D. Nihil propter hanc rem: ſed eſt quod tibi ſuccenſeat.
S. Quodnam eſt? D. Puerile eſt. S. Quid eſt? D. nihil.
S. Quin dic quid eſt.
D. Ait nimium parce facere ſumptum. S. Mene? D. te.
Vix, inquit, [i] *drachmis obſonatus eſt decem.*
Num filio videtur vxorem dare?
Quem, inquit, vocabo ad cænam meorum æqualium
Potiſſimum nunc? & quod dicendum hic ſiet,
Tu quoque perparce nimium [k]*. Non laudo. S. Tace.*
D. commoui. S. ego iſtuc vt recte fiat, videro.
Quidnam hoc rei eſt? quidnam hic vult [l] *veterator ſibi?*
Nam ſic hic mali eſt quicquam, hem illic eſt huic rei caput.

c Periphraſis eſt q d. nihil.
d Hoc ſecum Dauus.
e Fallacia alia aliam trudit.
f A prouidentia, & docet quid in amore cauendum ſit.
g A neceſſitate.
h Obiectio ſuſpicionis hic ſubſignificationem tẽperat. aut ſubridet. i Conſtat drachma ex 18. ſiliquis.
i. ex tribus ſcrupulis.
k Modeſtia vtitur. non dicit reprehendo. arrogantiæ eſſet nimis impudentis inferiorẽ multis gradibus vt ſeruum, ſuum dominũ reprehendere ſuperiorem
l Id eſt, induratus & tritus in aſtutia.

Moralis expoſitio.

Serui ſint veteratores, fallaces tamen eſſe nolunt.
Senes fere ſunt auari, vel in rebus honeſtis & ſumptuoſis.
Coniugium eſt amantium tutiſſimus portus.

ACT. II. SCEN. VI.

The Argument.

In this Scene Davus and Simo deceiue one another, which is worthy the marking.

DAVVS. SIMO.

NOw thinkes the old man verily: that I bring ſome ſlie ſhift to beguile him, and that I ſtaid here for that purpoſe.
S. What ſaith Davus?

D. Truly

D. Truly euen as much as before.

S. What, is it nothing thou saist?

D. Nothing at all.

S. But indeede I had hoped to heare somewhat.

D. I perceiue the matter fell out otherwise then he thought of, and that troubles the man.

S. Canst thou tell me truth?

D. Nothing readier.

S. Is my Sonne any thing grieued at this marriage, in respect of the loue and familiarity betwixt him and this strange harlotrie.

D. No certainely, or if he be, his griefe is but for two or three daies (perceiue you me?) and then it is done: for he will take a right course with himselfe, as touching that matter.

S. I commend him for it.

D. While he might, and while it stood with his youthfull yeares, hee gaue himselfe to loue: not then neither but secretly, for hee tooke heed, that it should not at any time bring him to ill name, euen as became a manly man to doe. Now is it meet for him to haue a wife, hee hath setled his minde on marriage.

S. Me thought that he was somewhat sad.

D. Not a whit for this matter, but there is some cause why hee is not well pleased with you.

S. What is that?

D. A trifling matter.

S. What is it, I say?

D. Nothing in effect.

S. But yet tell me what it is.

D. He saith there is too much niggardnesse vsed in this matter.

S. What by me?

D. Yea by you. He scarsely (quoth hee) bestowed forty pence in cates, and doo h he seeme to marrie his sonne to a Wife? What man of calling (of my friends and equals) shall I bid to my wedding feast, as the case now stands? And you likewise, here bee it spoken, are too much sparing indeede; which I doe not commend in you.

S. Sirra, hold you your peace.

D. I haue mooued his patience.

S. I will see those things cared for wel enough: but what is the meaning of this? What is it that this deceitfull knaue goes about? Surely if any thing happen otherwise then well, euen that same varlet is the worker of it.

Formulæ Loquendi.

Aliquam ci portat hic fallaciam. This fellow comes with some slie trick to beguile, delude, or cousin him.

Ea hic resistit gratia. He staieth heere for that purpose; thats the reason why he tarries here.

Præter spem euenit. It comes vnlooked for, I neuer looked for it, its happened contrary to my expectation.

Male habet virum. It grieueth him, it biteth him.

Secum rem recta reputabit via. Hee will rightly consider or make a strait reckoning of that matter with himselfe.

Cauit, ne vnquam infamiæ ea res sibi esset. He tooke heede, hee prouided that that should bee no impeachment to his good name, bring him into any bad report, obloquie, or ill name.

Animum ad vxorem appulit. Hee setled his minde on a wife, he hath had a minde to marry.

Subtristis visus est mihi. Me thought hee was somewhat sad: he seemed to mee to looke somewhat heauily on it.

Est quod ei succenseat. There is reason why he should be angry with him: there is a thing that he may be angry for.

Nimium parce facit sumptum. Hee bestowes too too little cost, hee plaies the very niggard.

Vix

Vix drachmis obsonatus est decem, Hee bestowed scarse fortie pence in cates.

Hominem commoui. I haue troubled the fellowes patience: I vexed the man.

Ego istæc vt recte fiant videro. *I* will see that these things be well done: *I* will take care for the wel ordering of these things.

Quidnam hic vult veterator sibi? What meanes this vngratious varlet, old craftie foxe, or subtill knaue?

Hinc malo caput est. He is the authour, ringleader, originall, and chiefly beginner of this mischiefe.

Sententiæ.

Veterator seu callidus homo aliquem credis similem sibi fallaciam portare.

Cauere, ne vnquam infamiæ vlla sibi res esset, virum fortem decet.

ACT. III. SCEN. I.

Argumentum.

Hic Simo præ nimia sagacitate mirum in modum fallitur, partum simulari credens, qui verus erat.

MYSIS, SIMO, DAVVS, LESBIA, obstetrix: GLYCERIVM, meretrix.

ITa pol quidem res est, vt dixti Lesbia,
Fidelem haud ferme mulieri inuenias virum.
S. *Ab Andria est ancilla hæc: quid narras?* D. *Ita est.*
M. Sed hic Pamphilus. S. *quid dicis?* M. *fit mauit fidem.* S. *hem.*
D. Vtinam aut hic surdus, aut hæc muta facta sit.
M. Nam quod peperisset, iussit [a] *tolli.* S. *O Iupiter*
Quid ego audio? actum est, siquidem hæc vera prædicat.
L. Bonum [b] *ingenium narras adolescentis. M. optimum.*
Sed sequere me intro; ne in mora illi sis. L. sequor.
D. quod remedium nunc huic malo inueniam? S. quid hoc?
Adeon est demens ex peregrina? iam scio, ah
Vix tandem sensi stolidus. D. quid hic sensisse, sc ait?
[c] *S. Hæc primum affertur iam mihi ab hoc fallacia.*
Hanc simulant parere, [d] *quo Chremetem absterrent;*
G. Iuno Lucina fer opem; serua me obsecro.
S. [e] *Hui, tam cito? ridiculum. Postquam ante ostium*
Me audiuit stare, approperat. non sat commode
Diuisa sunt temporibus tibi Daue hæc, D. Mihin?
S. *Num immemor es discipuli? D. Ego quid narres nescio.*
S. *Hiccine me si imparatum in veris nuptijs*
Adortus esset, quos mihi ludos redderet?
Nunc huius periculo fit; [f] *In portu nauigo.*

a Id efficiendum curari.
b Id est, naturã.
c Deceptio senis ex suspitione.
d Id est, quare.
e Ironia secundum loquentis.
f Prouerbium securitatis. omnia hæc extranslatione maris dicta sunt metaphorice.

Moralis expositio.

Suspicaces sua sagacitate falluntur.
Nimia interdum calliditas obest.

Meretrices expostulationes ac laqueos iuvenibus ac imprudentibus, ac ob ætatis feruorem naturamque voluptati addictis insidiose tendunt.

ACT. III. SCEN. I.

The Argument.

Simo through his ouer-much wilinesse, is notably deceiued, thinking the birth of the childe so be a feigned matter: which indeed was nothing lesse.

MYSIS, SIMO, DAVVS, LESBIA, the midwife, GLYCERIE, the Harlot.

IN good faith Lesbia, it is very true as you say: one shall hardly finde a man that is faithfull and true of his word to a woman.

S. This maid belongs to her of Andros, how saist thou?

D. She doth so.

M. And yet this young man Pamphilus.

S. What saith she?

M. Was as good as his word.

S. What?

D. I would to God that either the old man were deafe, or that pratling wench dumbe.

M. For what God had sent my mistresse, or that she were deliuered of, he took order for the nursing or bringing vp of it.

S. O the king of heauen, whats this I heare? Why all is past helpe, at least if it be true that this maide tels.

L. He is a good natured young man by your saying.

M. Yea, of an excellent good nature. But follow you me in presently, that shee neede not stay for you.

L. I come after you.

D. What remedy may I now finde for this mischiefe?

S. What meanes this? doth hee dote so much of this strange harlot indeed? now I perceiue how this geare cortens: I scarse found it out now at last, foolish man that I am.

D. What saith hee that hee hath found out?

S. This knaue first and formost seekes to abuse me with falshood, They feigne that this queane is brought abed, to the end, that so they may driue Chremes from giuing his daughter.

G. O Lady Iuno Lucina, helpe and saue me, I beseech thee.

S. Whup, hoida; what, all in hast? a toy to mocke an ape; a foolish deuice. As soone as she heard me at the doore, shee straight fals in labour; Davus this was not halfe cunningly contriued of thee, each thing in his due time.

D. What by me?

S. What haue you forgotten your scholler?

D. I wote not what you say.

S. If this knaue had set his craft a broch against me vnawares, and in a matriage in good earnest: what pranks would he then haue plaied mee, trow you? But now be it vpon his perill; as for me, I am safe.

Formulæ

Formulæ Loquendi.

Firmauit fidem. He hath ſurely kept his promiſe; he hath made an aſſurance to keepe touch with vs; he hath giuen an infallible token that he will performe promiſe.

Tollit puerum. She nurſeth the childe.

Actum eſt. Its paſt remedy, the matter is paſt cure; there is no way but one; its diſpatched.

Bonum ingenium adoleſcentis. A good natured young man

In mora illi eſt. He is a ſtay, hindrance, or let to him. He cauſeth him to tarry.

Remedium malo inuenit. He hath found out a remedie for the diſeaſe, or malady.

Adeone demens eſt ex eo, Is he ſo mad of that thing

Vix tandem ſenſi ſtolidus. I now yet ſcarſe perceiue it, foole that I am, I now at length hardly vnderſtand with much a doe, whoſon nodipol that I am.

Mihi adfertur ab hoc fallacia, This ſubtill pranke hath this fellow wrought now againſt me.

Fer opem. Helpe, or ſuccour me.

Hui tam cito? Whough ſo ſoone: What all in haſt?

Ridiculum. A toy, a ieſt to be laughed at.

Sat commode tibi hæc diuiſa ſunt temporibus. Theſe things are well appointed by thee, euerie thing in his due time.

Ludos mihi reddit. He plaieth me pranks and pageants.

Imparatum adortus eſt. He ſet vpon him at vnawares. He came vpon him vnprouided. He plaied the cowardly daſtard with him.

Huius periculo ſit, Its done on his perill. He is to ſuffer the diſcommodity of it.

In portu nauigo, I am out of danger; I am ſafe.

Sententiæ.

Fidelem haud ferme mulieri inuenias virum.

Ridiculum eſt, non ſat commode vbique diuiſa eſſe temporibus ſapienti.

In portu nauigo.

ACT. III. SCEN. II.

Argumentum.

Lesbia egrediens narrat, quo in ſtatu ſit Glyceriũ puerpera, ſimul agit de danda illi potione, imitata medicos, qui præſcribere ſolent ægrotis omnia ad eſum potumque pertinentia. Deinde Simo & Davus de puero nato callide altercantur.

LESBIA, SIMO, DAVVS.

ADhuc Archillis quæ [b] aſſolent, quæque oportet
Signa ad ſalutem eſſe, omnia huic eſſe video.

[b] Aſſolent conſuetudinis: oportet rationis. Medici adhuc futurarum rerum incerti, præſentibus indiciis firmam valetudinem pollicentur.

Nunc primum fac vt istæc lauet: post deinde
Quod iussi dare bibere, & quantum imperaui,
Date. Mox ego hæc reuertar.
Perecactor scitus puer natus est Pamphilo.
Deos quæso, vt sit superstes, quandoquidem ipse ingenio bono:
Cumque huic veritus est optumæ adolescenti facere iniuriam.
Si. [a] *Vel hoc quis non credat, qui norit te, abs te esse ortum? D. quidnam id est?*
S. [b] *Non imperabat coram, quid opus facto esset puerperæ.*
Sed postquam egressa est, illis, quæ sunt intus, clamat de via.
[c] *O Dauc, itane contemnor abs te? aut itane tandem idoneus*
Tibi videor, quem tam aperte fallere incipias dolis?
[d] *Saltem accurate, vt metui videar: certe si resciuerim.*
D. Certe hercle nunc hic se ipsus fallit, haud ego. S, edixin tibi,
[e] *Interminatus sum, ne faceres? num veritus? quid retulit?*
Credone tibi hoc, nunc peperisse hanc Pamphilo?
D. Teno quid errat? quid ego agam babeo. S. quid taces?
D. [f] *Quid credas? quasi non tibi renuntiata sint hæc sic fore.*
S. [g] *Mihine quisquã? D. Eho, an tute intellexti hoc adsimulari? S. irrideor.*
D. Renuntiatum est: nam qui istæc tibi incidit suspectio?
S. Qui? quia te noram. D. quasi tu dicas factum id consilio meo.
S. Certe enim scio. D. [h] *nox satis me pernosti etiam qualis sim Simo.*
S. [i] *Egone te? D. sed si quid narrare occœpi, continuo dari*
Tibi verba censes. S. [k] *falso. D. Itaque hercle nihil iam mutire audeo.*
S. l Hoc ego scio vnum, neminem peperisse hic. D. intellextin?
Sed nihilo secius mox deferent puerum huc ante ostium.
Id ego iam nunc tibi renuntio here futurum, vt sis sciens.
Ne tu hoc posterius dicas, Daui factum consilio, aut dolis.
Prorsus à me opinionem hanc tuam ego esse amotam volo.
S. [m] *Vnde id scis? D. audiui & credo. S. multa concurrunt simul,*
Qui coniecturam hanc nunc facio. iam primum hæc se à Pamphilo
Grauidam dixit esse, inuentum est falsum: nunc, postquam videt
Nuptias domi apparari, missa est ancilla illico
Obstetricem accersitum ad eam, & puerum vt afferret simul.
D. Hoc nisi sit, puerum vt tu videas, nihil mouentur nuptiæ.
S. [n] *Quid ais? cum intellexeras*
Id consilij eadere, cur non dixti extemplo Pamphilo?
D. [o] *Quis igitur cum ab illa abstraxit, nisi ego? nam omnes nos quidem*
Scimus, quam misere hanc amarit: nunc sibi vxorem expetit.
Postremo id mihi da negotij, tu tamen has nuptias
Perge facere ita, vt facis: & id spero adiuturos deos.
S. Imo abi intro; ibi me opperire; & quod parato opus est, para.
[p] *Non impulit me, hæc nunc omnino vt crederem.*
Atque haud scio, an quæ dixit, sint vera omnia:
Sed parui pendo. illud mihi multo maximum est,
Quod mihi pollicitus est, ipsus gnatus. nunc Chremem

Conueni-

a Id est, etiam
b Locus ab incõgruentia rei tẽporisque: estque alia coniectura senisà dicto mulierculæ & loco ad confirmandã suspicionem.
c Expostulatio cum Dauo.
d Auget à modo facti.
e Verecundia liberi est. serui vero metus.
f Attende callidam confirmationem falsæ suspicionis, vt noua occasione fallat
g Hoc ad senis perspicaciam spectat q. d. ego ipse intelligo.
h Purgatio à Persona.
i Ista prænomina vehementiã habent.
k Ironia.
l Vbi sentit senem nondum persuasum hanc parere affirmat seruus eam parere, & tandem ita narrat, vt opinionem sensim faciat simulari partum.
m Multis signis coniectura constat.
n Obiurgantis
o Pamphilum ab amore diuertisse asserit.
p Vide quam diserte & Latine Simo hæc secum

Conueniam: orabo gnato vxorem: si impetro,
Quid alius malim, quam hodie has fieri nuptias?
Nam gnatus quod pollicitus est, haud dubium est mihi id
Si nolit, quin eum merito possim cogere.
Atque adeo in ipso tempore eccum ipsum obuiam Chremetem.

Moralis expositio.

In Lesbia est medicorum & obstetricum consuetudo, imperium & iactantia.
In Davo est γνωμὴ: Qui semel malus, semper præsumitur malus,
In Simone & cautos falli docet.

ACT. II. SCEN. III.

The Argument.

Lesbia comming forth, sheweth the state of Glycerie lying in child-bed: and withall appoints a drinke to be giuen her, thereby imitating the Phisitians, which are wont to prescribe vnto the sicke, what they shall eate and drinke. Lastly, Simo and Davus are at variance about the birth of the Childe.

LESBIA, SIMO, DAVVS.

HItherto Archillis I see all good signes of health in her, that are vsuall and ought to be in a woman of her case. Now first and formost, cause you those thinges to be washed, & then after giue her that to drinke, and the same quantity that I appointed for her. I wil come hither back againe by and by. In very truth there is a iolly bouncing boy borne vnto Pamphilus, now I pray God send him long to liue, because he hath so honest a man to his father: who had care and conscience not to deale amisse with this kinde hearted young woman.

S. And who that knew thee, would not thinke this also to be a craft of thy budget,

D. What is that I pray you?

S. She did not will them while she was in the house, to do what was needfull for the young woman, that lyeth in childbed: but after she was come forth, shee cals to them within out of the streete. O Davus, am I so little set by of you? Or I pray thee, do I seem so fit a man for thee to seek to beguile, with such manifest fraude & falshood? At leastwise thou dost thy diligence, so as I may well seeme, to be put in feare by thee. surely if I had knowne it before.

D. Now in good faith this man beguiles himselfe, I do not.

S. Why, did not I giue straight charge to the contrarie, did not *I* threaten thee with punishment that thou shouldst not do it? did that feare thee? what hath it booted? Shall I now giue thee credite in this: that she there is brought abedde by Pamphilus?

D. I see now wherein he is deceiued: I wote well what I will doe.

S. Doſt thou not anſwer me?

D. What ſhould you giue me credite? as though it was not told you before, that theſe things would ſo come to paſſe,

S. Did any body tell me ſo?

D. Why then did you of your ſelfe find that this was a feigned matter?

S. He laughes me to ſcorne.

D. No doubt it was told you before, for how elſe ſhould it come vpon you to ſuſpect it?

S. How? marry becauſe I knew thee.

D. As who ſhould ſay it was done by my deuiſe.

S. Yea, I am well aſſured of that.

D. Well ſir, you doe not yet throughlie know what a manner of man I am.

S. Do not I know thee?

D. But when I begin to tell you any thing, you ſtraight way thinke that I goe about to beguile you.

S. Thats a lie.

D. So as in good faith now adaies, I dare ſcarſe open my lips to you

S. This one thing I am ſure of, that here is no woman deliuered of childe.

D. Haue you vnderſtood ſo? But neuertheleſſe ere it be long, the childe ſhall be brought here and laid before the doore. Maiſter I tell you now of it before hand, that you may certainly know what wil follow: leaſt hereafter you ſhould ſay, that this was done by the counſell or craft of Davus; and I would in any wiſe that this euill opinion you haue of me, were clean out of your minde.

S. How camſt thou to know this?

D. I heard it, and I beleeue it be true.

S. There may be many thinges moe then one, which cauſe me to coniecture as I do. Euen now is the firſt time this queane declared her ſelfe to bee with childe by Pamphilus, which is but a falſe deuiſe. Moreouer now that ſhee ſees preparation at home for the wedding, the maide forſooth, is ſent in al haſt for the midwife to come to her, and withall, to bring alſo a child with her.

D. Wel, without that it come ſo to paſſe that you do ſee the childe with your owne eyes, nothing will hinder the courſe of this marriage.

S. What ſaiſt thou? when they once vnderſtood that they purpoſed ſuch a matter, why didſt thou not then preſently tell it vnto Pamphilus?

D. Why then, who elſe hath withdrawn him from theſe harlots but my ſelfe? for certainely we all know how exceedinglie he loued this woman. Now he is deſirous to haue a wife, and as for the matter let me alone withall: yet neuertheleſſe, goe you on forward ſtill with this marriage as you doe: and I hope God will proſper it.

S. Verie well, go thy waies in, ſtay there till I come, and prouide that is needfull. Hee could not driue it into my head, to make mee beleeue all this, neither am I certaine whether all that he told me bee true or no. But I paſſe not greatly for that. Marry the matter I ſtand moſt vpon, is the promiſe which my Son himſelfe made vnto me. Now will I go meete with Chremes, I will intreat him for his Daughter to my Sonne in marriage: and if I doe obtaine her, why ſhould I make any more daying for the matter, but marry them out of the way? For as touching my ſonnes promiſe, I haue no doubt at all, if he ſhall refuſe to performe it, I may full lawfully compell him to it. But loe yonder where Chremes himſelfe comes towardes me, euen in as good time as may be.

Formulæ Loquendi.

Mox ego huc reuertar, I will come backe againe by and by. I will returne again out of hand I will be heere forthwith, ſtraight way, I will not tarrie or ſtay a whit.

Perſcitus puer natus eſt Pamphilo, Pamphilus hath a verie iollie or goodlie Boy borne;

borne: God hath ſent Pamphilus a prety faire boy.

Deus quæſo, vt ſit ſuperſtes. I pray God make him an olde man, God ſend him long life.

Veritus eſt huic optimæ adoleſcenti facere iniuriam. He made conſcience to do this verie kinde hearted young wench harme: hee could not finde in his heart, or hee had remorſe to deale vncourteouſly with this moſt gentle natured young Woman.

Non imperabat coram. Hee told not mee of it to my face, or gaue mee no charge whilſt I was in his preſence.

Itane contemnor abs te? I, am I ſo little ſet by of thee: yea, make you no more account of me than ſo?

Idoneus tibi videtur. He ſeemes a fit man for your company.

Aperte fallere incipit dolis. Hee begins, enterpriſeth, attempts openly to deceiue him with ſubtill crafts: euery man may ſee that hee goes craftily about to beguile him: he ſeekes now to couſin him: hee ſeekes now to couſin him by manifeſt falſhood

Et dixit tibi. He gaue thee ſtraight commandement

Interminatus eſt, ne faceres. Hee charged him vpon a paine that hee ſhould not doe it.

Credon tibi hoc? May I beleeue thee in this?

Tenco quid erret, I know wherein he is deceiued.

Tibi renuntiata ſunt hæc ſic fore. You were told before that theſe things would come to this end, or thus to paſſe, or to this concluſion.

Tute intellexti hoc aſſimulari. You perceiued by your owne ſelfe that this was fained?

Qui iſtæc tibi incidit ſuſpitio? How came it vpon you to ſuſpect this?

Non ſatis me pernoſti qualis ſim. You know not me throughly what a fellow I am.

Narrare occæpit. He began his tale.

Dari tibi verba cenſes. You thinke that I mocke you; you imagine I goe about to deceiue you.

Nihil iam mutire audeo. I dare not ſpeak now adaies one word.

Id ego iam renuntio futurum, vt ſis ſciens. I tell you euen now before, that it will come to paſſe, that you may not ſay, but that you knew it.

Ne tu hoc poſtilerius dicas meo factum conſilio Say not hereafter that it was done by my aduiſe.

Hanc opinionem prorſus à me amotam eſſe volo. I will in no wiſe that you haue any ſuch opinion of me.

Vnde id ſcis? Whereby know you that?

Coniecturam facio, I geſſe, I coniecture or ſuppoſe.

Inuentum eſt falſum. It is a falſe imagination.

Miſſus eſt hominem accerſitum ad eum. He ſent for to fetch the man vnto him.

Ibi conſilij capiunt. They goe about or conſult vpon that matter.

Extemplo dixit. Hee told it out of hand.

Miſere hanc amat. Hee loues her out a crie, dearely, deepely, as his owne life. He is wonderfull farre in loue with this maide.

Sibi vxorem expetit. Hee would haue a wife: he deſireth to be married.

Id mihi da negoty. Let mee alone with that matter; commit that buſineſſe to me.

Perge facere, ita vt facis. Proceed, continue, or hold on the ſame courſe ſtill that you haue begun.

Id ſpero deos adiuturos. I hope God will further that.

Ibi me operire. Tarry for me there till I come.

Quod parato opus eſt, para. Make ready

that, that is needfull to be made ready.

Non impulit me, hæc omnino vt crederem. Hee could not driue it into my head, to make me beleeue these things.

Hoc parui pendo. I passe not greatlie for it.

Illud mihi maximum est. Thats the matter I stand vpon. Thats it I make reckoning of.

Nunc Chremem conueniam. Now will I goe to talke with Chremes.

Quid aliàs malim, quam hodie fieri, Why should I desire to haue it done to morrow, rather then to day.

Quod pollicitus est, id nolit. He refuseth to doe that which hee willingly promised. He is vnwilling to performe that voluntarily he promised.

Eum merito possim cogere, I may lawfully compell him.

In ipso tempore, eccum ipsum obuiam, Loe yonder he comes to meet me euen as well as can be.

Sententiæ.

Optimo vereri debeamus vnquam facere iniuriam.

Malum quis non credat, abs malo esse ortum?

Non decet seruum vt contemnat dominum, aut eum fallere incipiat dolis.

Satis pernoscere callidum, qualis sit, haud minimi laboris est.

Improbus etsi nihil minus, quam quod honestum est, curat, tamen prorsus à se opinionem malam esse amotam velit.

ACT. III. SCEN. III.

Argumentum.

In hac Scena congressu duorum senum, ex falsis veræ fiunt nuptiæ.

SIMO. CHREMES, senes.

Iubeo Chremetem. C. ô, te ipsum quærebam.
S. Et ego te. C. optato aduenis.
[b] *Aliquot me adiere, ex te auditum qui aiebant, hodie filiam*
Meam nubere tuo gnato, id viso, tune an illi insaniant.
S. Ausculta paucis: [c] *& quid ego te velim, & tu quod quæris, scies.*
C. Ausculto: loquere quid velis.
S. [d] *Per ego te deos oro, & nostram amicitiam Chreme,*
[e] *Quæ incæpta à paruis, cum ætate accreuit simul:*
[f] *Perque vnicam gnatam tuam, & gnatum meum,*
Cuius tibi potestas summa seruandi datur:
Vt me adiuues in hac re; atque ita, vti nuptiæ
Fuerant futuræ, fiant. C. Ah ne me obsecra:
[g] *Quasi hoc te orando, à me impetrare oporteat.*
Alium esse censes nunc me, atque olim, cum dabam?
[h] *Si in rem est vtrique, vt fiant, accersi iube.*
Sed si ex ea re, plus mali est, quam commodi

Vtrique,

Iubemus verbis: volumus animo.
b Ex fictis nuptiis veræ fient, idq; initium est epitaseos periculi in fabula.
c Et quid: à docilitate.
d Obsecratio Simonis, admixtis rationibus ab honesto & vtili.
e Commendatio amicitiæ à vetustate.
f Obtestatio à rebus de quibus agitur.
g Vox plena officii & charitatis.
h Ab vtili argumentum & accurata locutio.

Vtriq; : id oro te, in commune vt consulas :
i Quasi illa tua sit, Pamphilique ego sim pater.
S. Immo ita volo, itaque postulo vt fiat Chreme.
k Neque postulem abs te, ni ipsa res moveat. C. quid est?
S. Iræ sunt inter Glycerium & gnatum. C. audio.
S. Ita magnæ, l vt sperem posse avelli. C. m Fabulæ.
S. n Profecto sic est. C. o sic hercle vt dicam tibi,
Amantium iræ, amoris redintegratio est.
S. p Hem, id te oro, vt ante eamus, dum tempus datur,
Dumq; eius libido occlusa est contumelijs,
Prius q quam harum scelera, & lachrumæ confictæ dolis
Reducant animum ægrotum ad misericordiam:
vxorem demus, spero consuetudine, &
Coniugio liberali devinctum, Chreme,
Dehinc facile ex illis sese r emersurum malis.
C. s Tibi ita videtur : at ego non posse arbitror,
Neque illum hanc perpetuo habere, neque me perpeti.
S. Qui scis ergo istuc nisi periculum feceris? C. at.
Istuc periculum in filia fieri, graue est.
S. t Nempe incommoditas deniquc huc omnis redit :
Si eveniat (quod dij prohibeant) discessio.
At si corrigitur, quot commoditates, vide :
Principio, u amico filium restituetis :
x Tibi generum firmum, & filiæ invenies virum.
C. Quid istuc? si istuc a iimum induxti esse vtile :
Nolo tibi vllum commodum in me claudier.
S. y Merito te semper maximi feci Chreme.
C. Sed quid ais? S. quid? C. qui scis eos nunc discordare inter se?
S. Ipsus z mihi Davus, qui intimus est eorum consilijs, dixit.
Et is mihi suadet, nuptias quantum queam vt maturem.
Num a censes faceret, filium nisi sciret eadem hæc velle?
Tute adeo iam eius verba audies: hem evocate huc Davum.
b Sed eccum video ipsum foras exire.

i Suavissima cõmutatio est, à possibili.
k Confirmatio vtilitatis à tempore.
l Petitionem suam à possibili confirmat.
m Reiectio.
n Confirmatio est.
o Facetа ironia.
p Expositio argumenti à tempore, & ab vtili cohortatio.
q Invidiosè de vnâ tantum loquitur.
r Activè vsurpatur emergo.
s Chremes Pamphili amorem suspectum habet
t Obiectio periculi & incommoditatis.
t Solutio ab vtilitatis comparatione, quam colligit, & auget congerie.
u Ab honesto.
x Ab vtili.
y Gratiarum actio.
z Testis commendatio.
a Arg. ab adiunctis.
b Hic versus perficitur in initio sequentis scenæ.

Moralis expositio.

Magna est facilitas orandi inter bonos amicos.

Incommoda coniugatorum prudentibus sunt commoda.

Occasio in amatoribus distrahendis non est negligenda.

Non parva manent commoda cum amatores animum ad matrimonium applicant.

ACT. III. SCEN. III.

The Argument.

In this Scene, by meanes of Chremes and Simo meeting togither, the fained marriage is become a marriage in good earneſt.

SIMO, CHREMES, oldemen.

GOd ſaue you neighbour Chremes.

Ch. O ſir, you are the onely man I ſought

S. And I you.

C. You come as well as I could wiſh; there haue ſome beene with mee, who reported they heard you ſay that my daughter ſhould this day bee married to your ſonne; now the matter I come for, is to ſee, whether you, or they bee not well in your wits

S. Heare me a word or two, and you ſhall ſoone know both what I deſire of you, and alſo what you require of me.

C. I heare you, goe to; ſpeake your minde.

S. Chremes, I beſeech you for Gods ſake, and for your friendſhips ſake begun betwixt vs from our childhood, & growne togither with our yeares, I pr y you, as you loue your onely daughter, and as you tender my ſonne; whose cr lieth in you chiefly to ſaue or to ſpill, that you will help mee now in this matter, and like as the marriage ſhould haue beene, that ſo now it may be made vp betwixt them

C. Tuſh neuer pray mee ſo much, as though you could not obtaine this at my hands, but by much praying; Doe you thinke me now an other manner of man, then I was then when I promiſed my daughter vnto you? If it be a matter profitable for both parts that this marriage be made, then cauſe her forthwith to bee ſent for: but if there growe of this more harme then good, as well to the one as to the other; then my deſire is that you would conſider of the matter indifferently for both parts, euen no otherwiſe then if ſhee were your daughter, and that I were father to Pamphilus.

S. Chremes, euen ſo is my meaning, and therefore doe I requeſt that it may bee effected Neither would I requeſt it at your hands, if the matter did not giue me good occaſion.

C. What may that be?

S. Marry ſir, my ſonne and Glycerie are fallen out.

C. I heare you.

S. Nay, or ſo farre fallen out, as I hope they may be quite ſeparated aſunder.

C. Tuſh, its but a tale.

S Nay, without doubt it is as I ſay.

C. Yea forſooth, thus as I ſhall tell you, *The falling out of louers, is the renuing of loue.*

S. Alas, I pray you then, let vs now preuent that whileſt time is, and whileſt his hote loue is alaid with bitter words, before that his naughtie packs ſhrewd crafts and fained teares, doe worke againe his loue ſicke minde, vnto pittie and compaſſion. I hope (Chremes) that beeing once reclaimed, by meanes of good companie, and honeſt wedlocke, hee will afterwards with eaſe winde himſelfe out of theſe miſchiefes

C It ſeemes ſo to you: but I thinke it neither poſſible for him to continue with his wife, nor yet for me to bee able to endure it.

S. How

S. How can you know that, vntill you haue made triall of it?

C. Yea marrie, but it is a ſhrewd matter to make that vpon my daughter.

S. Well yet, the very worſt and vttermoſt of al can be but a diuorſe, if any ſuch matter ſhould happen, as God forbidde it ſhould. But contrariwiſe, if by this means he doe amend and become a new man, ſee how many commodities enſue. Firſt and foremoſt, you ſhall reſtore to your friend his ſonne; next you ſhall finde a ſure ſonne in law to your ſelfe, and laſtly, a ſtayed husband to your daughter.

C. What? ſay you ſo? if you bee perſwaded that this is expedient, I for my part will not haue you hindred of any good turne that I may afford you.

S. Chremes, not without cauſe haue I alwaies ſet moſt ſtore by you of any man.

C. But what ſaid you erewhile?

S. What?

C. How came you to know that they be at iarre betweene themſelues?

S. Euen Davus himſelfe: the chiefe of their priuie counſell, did tell it me. And he likewiſe perſwades mee to haſten the marriage, as much as I may. Thinke you he would haue done this, vnleſſe he were ſure that my ſonne deſires the ſame? you ſhall heare him your ſelfe by and by. Hoe, ſirs, call mee out Davus hither. But ſee yonder where hee comes forthof himſelfe.

Formulæ loquendi.

Optato advenis. Well met. You came euen as I would haue you, or as I could wiſh.

Ex te auditum aiunt. They report that you ſay ſo. They ſay they heard it from you.

Auſculta paucis. Heare me a word or two. Hearken to me a little. Let mee tell you breſly in few words.

Loquere quid velis. Speake your minde, ſay what you would haue.

Per ego te deos oro. I pray you for the loue of God.

Per noſtram amicitiam. For the loue and friendſhip betwixt vs.

Per gnatam & gnatum. As you wiſh wel, and fauour ſonne and daughter.

Mei tibi poteſtas ſumma ſervandi datur. You may preſerue my life if you will. It lieth very much in your hands to ſaue my life.

Me adiuues in hac re. Helpe mee in this thing.

Ne me obſecra. Intreate me not.

Hoc orando ab eo impetravi. I haue gotten this of him by intreatie. I asked this, and he gaue it me.

Alium eſſe cenſeo nunc te, atque olim. I thinke the world is now altered with you. I imagine that you are not the ſame man you were wont to bee long ſince in times paſt.

In rem eſt vtriq; Its for both our profit. We ſhall both reape commoditie hereby. As good for one as for the other.

Ex ea re plus malieſt, quam commodi vtrique. We ſhall both get more harme of that thing then good. More loſſe, then commoditie doth redound to vs thereby.

Accerſi iube. Will him to bee ſent for. Commaund one to goe fetch him. Let one goe call him.

In commune conſulit. He lookes well on the matter for all parties indifferently. He deales not partially with either ſide. Hee ſtands for one as well as for the other.

Res ipſa mouet. The matter it ſelfe bids or giues occaſion.

Iræ ſunt inter eos. They are at variance, or fall out betwixt themſelues.

Fabulæ. Not a word ſo; all but old wiues tales: its but a made ſpeech.

Ante eamus dum tempus datur. While time ſerues, let vs preuent the matter.

Dolus reducit animum ad ſe. She by deceit brings back his minde againe to her.

Spero

Spero illum dehinc facile ex illis emersurum malis I truſt that he will from hence-forth winde himſelfe out of thoſe miſchiefes.

Non arbitror me poſſe perpeti I thinke I ſhall not bee able to abide it. Its not poſſible for me, I ſuppoſe, to endure it.

Quid ſtuc ſcis niſi periculum feceris? How know that; except or vntill you haue prooued or made triall of it.

Incommoditas denique; huc omnis redit. All the loſſe, diſpleaſure, or hurt, at length comes to this point. The diſcommoditie at laſt will be in this.

Deus prohibeat, God forbid.

Corrigitur. He is amended. Hee is become a new man.

Si iſtuc animum induxti eſſe vtile If you thinke in your minde that this is expedient or profitable.

Nolo tibi vllum in me claudi commodum I will not haue you hindred of any good turne or pleaſure that I may afford you.

Merito te ſemper maximi feci. I haue deſeruedly of all men, euermore ſet moſt by you. Its not without your deſert why I haue alwaies ſo very much eſteemed of you. I haue euer made very great account of you, and not without cauſe.

Ii nunc diſcordant inter ſe. They are now at debate, diſſention, or ſtrife one with another. They are now fowly falne out betwixt themſelues. Theres now no more (how doe you) with them.

Intimus eſt eorum conſilijs. None ſo well acquainted with their ſecrecies, as hee. The principall fellow of their counſaile. He is none of the moſt that knowes leaſt. Hee is as prime to their conſultations as they themſelues.

Is mihi ſuadet He counſailes me to it.

Quantum queo With as much haſt as I can. With as great poſſible ſpeede as may be.

Eum ſcis eadem hæc velle. Thou knoweſt that hee loatheth not that which thou likeſt: or that he is of the ſame minde with thee; or wils the ſame things which thou doeſt.

Tute adeo iam eius verba audies. You ſhall heare him ſpeake your ſelfe by and by.

Euocate huc. Call him forth hither.

Eccum video, ſam foras exire. Lo, I ſee himſelfe here comming out adores.

Sententiæ.

Vera amicitia à primo incæpta, cum ætate continuo accreſcit ſimul.

Non aliud atque olim amicitia vera cenſenda eſt.

Amicus haud ſimulatus ſe obſecrare ſuum non patitur, quaſi aliquid cum orando à ſe impetrare oporteat.

Amantium iræ, amoris redintegratio eſt.

Malum anteire, dum tempus datur, minime imprudentis eſt.

Conſuetudine obſtinate agens devincitur.

Dum filii corriguntur, multas parentes commoditates vident.

Amicus alter ſi quid animum inducit eſſe vtile, nolit alteri commodum in ſe claudier.

Eadem inter ſe volunt amici.

ACTVS III. SCENA IV.

Argumentum.

Davus ſeni inſultans, hortatur eum ad faciendas nuptias; non enim putabat fore, vt ſic ageretur. Cum igitur videt herum ſerio de tradenda filia coloqui cum Chremete, anxius & exanimatus redditur.

DAVVS.

DAVVS, SIMO, CHREMES.

AD [b] te ibam. S. quidnam est?
D. Cur vxor non accersitur? iam adesperascit.
S. Audin tu illum?
[c] Ego dudum nonnihil veritus sum Daue abs te, ne faceres idem
Quod volgus seruorum solet: dolis vt me deluderes,
Propterea quod amat filius. D. Egon istuc facerem? S. credidi.
Idque adeo metuens vos celaui, quod nunc dicam. D. quid? S. scies:
Nam propemodum habeo iam tibi fidem. D. tandem cognosti, qui sim.
S. [d] Non fuerant nuptiæ futuræ. D. quid non? S. sed ea gratia.
Simulaui, vos vt pertentarem. D. [e] quid ais? S. sic est res. D. vide,
[f] Nunquam quimi ego istuc intelligere, vah consilium callidum.
S. Hoc audi, vt hinc te iussi introire, opportune hic fit mihi obuiam. D. hem.
[g] Numnam periimus? S. narro, quæ tu dudum narrasti mihi.
D. Quidnam audio? S. gnatam vt det, oro vixque id exoro. D. occidi.
S. Hem, quid dixti? D. [h] optume inquam, factum. S. nunc per hunc nulla est mora.
C. Domum modo ibo: vt apparentur, dicam, atque huc renuntio.
S. Nunc te oro Daue, quaniam solus mihi effecisti has nuptias.
D. [i] Ego vero solus. S. corrigere mihi gnatum porro enitere.
D. [k] Faciam hercle sedulo. S. potes nunc, dum animus irritatus est.
D. Quiescas. S. age igitur, vbi nunc est ipsus? D. [l] mirum, ni domi est.
S. Ibo ad eum, atque eadem hæc, quæ tibi dixi, dicam eadem illi. D. [m] nullus sum.
[n] Quid causæ est, quin hinc in pistrinum recta proficiscor via?
Nihil est preci loci relictum, iam perturbavi omnia:
Herum fefelli; in nuptias conieci herilem filium;
Feci hodie vt fierent, insperante hoc, atque invito Pamphilo.
Hem o astutias, quod si quiessem, nihil eveniisset mali.
Sed eccum ipsum video; occidi;
Vtinam mihi esset aliquid hic, quo nunc me præcipitem darem.

b Ad epitasin periculi pertinet, quod eò res redit, vt Davi consilia obsint Pamphilo.
c Grauis oratio ab hoc pronomine plerunq; exoritur. Est autem hoc principium à benevolentia per antithesin.
d Narratio. Simo errorem nuptiarum Davo aperit.
e Admirantis.
f Versuta Davi dissimulatio, & faceta assentatio.
g Metuentis. & hoc submisse dicitur.
h Callida iteratio ad fallendum ex vocum similitudine.
i Repetio tacite stomachantis
k Pollicetur quod minime intendit.
l Caute Davus callidam interpretationem excipit.
m Perturbatio Davi & consilii sui detestatio.
n Ad hunc modum fere Terentius fingit consilia callidissima fallere. o Ironia est. sibi enim omne malum ascribit.

Moralis expositio.

Dolus dolum vincit. ipsus nassa irretitur.
Incidit in foueam quam fecit, suaque Quot serui tot hostes.

ACTVS III. SCENA IV.

The Argument.

Davus fauning vpon the olde man, doth perſwade him to make vp the mariage, little thinking it ſhould come to paſſe indeede. But when he perceiueth that Simo deales in good earneſt with Chremes, as touching his daughter, he is then much perplexed, and cleane beſides himſelfe.

DAVVS, SIMO, CHREMES.

I Was comming to you.

S. Whats the matter?

D. Why is not the bride ſent for? it begins to drawe towards night, and waxeth late.

S. Doe you not heare him? Well Davus, I ſtood ſomewhat in feare of thee erewhile, leſt thou (as the common ſort of ſeruants are wont) ſhouldſt by craft and knauerie haue deceiued me, in reſpect that my ſonne is in loue.

D. Alas ſir, ſhould I haue done ſuch a deede?

S. I was of that beliefe, and therefore fearing ſuch a matter, I kept ſecret from my ſonne and thoe, and which now I will tell thee.

D. What is it?

S. Thou ſhalt know; for now in a manner, I begin to haue ſome truſt in thee.

D. At laſt then you know what manner of man I am.

S. This marriage was not meant to haue beene made in deede.

D. What, was it not?

S. No, but I fained it of purpoſe, that I might throughly trie you.

D. What, is it true ſir?

S. Yea, it is euen ſo as I tell thee.

D. See. I could neuer perceiue ſo much. O notable policie.

S. Nay, but liſten to me; as ſoone as I bad thee goe hence in, this man met mee in excellent good time.

D. Out, alas, are wee not cleane caſt away?

S. I ſhewed him all that thou toldſt me erewhile.

D. What is this I heare?

S. I intreate him for his daughter, and with much adoe I obtaine her.

D. I am vtterly vndone.

S. Hah, what ſaiſt thou?

D. I ſay it is excellently well done.

S. Now there is no delay on this mans behalfe.

Ch I will ſtraight goe hence, to bid euery thing bee made readie, and ſo bring word hither againe.

S. Now, Davus, I pray thee, ſith thou alone haſt brought this marriage for mee to paſſe:

(D. Yea truly I, and none elſe.)

S. That thou wilt yet moreouer labour my ſonnes amendment.

D. Indeede I will doe what I can.

S. Thou maiſt now well doe it, eſpecially while he is netled at the heart.

D. Well, ſet your heart at reſt.

S. Goe to then, but where is he now?

D. It is maruaile if he be not at home.

S. I will goe to him, and tell him my minde in the ſame ſort as I tolde you.

D. I am a forlorne creature, what ſhall keepe mee, but that I muſt goe hence ſtraight into the grinding houſe to priſō?

No

No praier or intreatie will ſerue; I haue now brought all out of frame; I haue deceiued my maſter; I haue forced a marriage on my maſters ſonne: I was the cauſe of the mariage that ſhall be made to day, euen quite vnhoped for of the olde man, and cleane contrarie to the mind of Pamphilus. See theſe goodly crafts of mine, had I not buſied my ſelfe, there had happened no harme at all. But loe, yonder I ſee him himſelfe; I am but a dead man; I would to God here were ſome place where I might throw my ſelfe downe headlong.

Formulæ loquendi.

Iam adueſperaſcit. Its almoſt night already; it drawes now towards night.

Non nihil veritus ſum abs te. I was ſomewhat afraid of thee.

Dolis me deludit. He mockes, or deludes me with craft or guile.

Ae. Age inepte, quasi nunc norimus nos inter nos ô Ctesipho.

[c] *Sed hoc mihi dolet, nos pene sero scisse, & pene in eum locum Redisse, vt si omnes cuperent, nihil tibi possent auxiliarier.*

C. Pudebat. Ae. [d] *ah, stultitia est: istæc, non pudor, tam ob parvolam Rem pene ex patria: turpe dictu: deos quæso vt istæc prohibeant.*

C. Peccaui. Ae. quid ait tandem nobis Sannio? S. iam mitis est.

Ae. Ego ad forum ibo, vt hunc absoluam, tu intro ad illam Ctesipho.

Sa. Syre insta. S. eamus: namque hic properat in Cyprum. S. ne tam quidem:

[f] *Quamuis etiam maneo otiosus hic. S. reddetur, ne time,*

Sa. At vt omne reddat. S. omne reddet, tace modo, ac sequere hac. S. sequor.

C. Heus heus Syre. S. hem quid est? C. obsecro hercle hominem istum impurissimum

Quam primum absoluite te: ne si magis irritatus siet,

Aliqua ad patrem hoc permanet, atque ego tunc perpetuo perierim.

S. Non fiet, bono animo esto: tu cum illa te [g] *intus oblecta interim:*

[h] *Et lectulos iube sterni nobis, & parari cætera:*

Ego iam transacta re conuertam me domum cum obsonio,

C. Ita quæso: quando hoc bene successit, hilarem hunc sumamus diem.

Hæc scena quasi epilogus est superiorū: in qua transigitur res de absoluendo lenone ficta opera Syri.

a Aeschinus seruat aduersus lenonem superbiā.

b Assentatores coram laudant.

c Insinuatio beneficii in periculo collati.

d Extenuatio delicti.

e Ex debacchāte scilicet & austero.

f Instanter à lenone dictum.

g Honesta in re turpi periphrasis.

h Seruus magnifice loquitur.

Moralis expositio.

Mutuæ hic benevolentiæ ac amoris inter fratres exemplum: quod in rebus honestis est imitandum.

Adolescentis ingenium scire non possumus, dum metus & pudor prohibet: nam ex animo sæpe cupit, quod præ pudore nolle videatur.

ACT.

ACT. II. SCEN. IV.

The Argument.

The two Brethren talke togither, and they confer about the payment of the mony to the Baude, and to make ready ſupper.

AESCHINVS, SANNIO, CTESIPHO, SYRVS.

WHere is that vilde varlet?

Sa. What ſeeketh he for me? whether bringeth he any mony? I am vndone, I ſee none.

Ae. Hoe well, its euen you I look for. Whats done Cteſipho? all is well, therefore be not ſad.

C. Nay truly, now I am not ſad, that may haue you my Brother. O my Aeſchinus, ô my naturall Brother. Alas, I feare to commend you further to my face, leaſt you thinke, I doe it rather to flatter you, then that I ſhould ſhew my ſelfe thankefull.

Ae. Goe too foole, as though, ô Cteſipho, this were the firſt time that I & you were acquainted: but this grieueth mee, that in a manner we had knowne one another too late, and that the manner was well-nigh come to that point, that all the friends in the world, if they would haue wiſhed to bring it to paſſe, could nothing helpe you.

C. I was aſhamed to vtter my minde.

Ae. Tuſh, this is fooliſhneſſe, and not baſhfulneſſe, for ſo ſmall a matter to bee ready to run out of the country. Its a ſhame to be ſpoken. I pray God keepe theſe things from thee.

C. I haue not done well.

Ae. I but what ſaith Sannio to vs now at the length?

Sy. He is quiet now.

Ae. I will go to the market, that I may ſatisfie this fellow, Goe you in to her Cteſipho.

Sa. Syrus, be vrgent vpon Aeſchinus.

Sy Let vs be going: for this man maketh ſpeede into Cyprus

Sa. Say not that I goe ſo ſpeedily, for although I meane to goe, yet will I take my leiſure, and ſtay here for my money.

S. It ſhall be paid thee, feare not.

Sa. But ſpeake that I may haue all.

Sy He will pay all, onely be whiſt, and follow this way.

Sa. I come after.

C. Hoe, hoe, Syrus.

Sy Anone, whats your pleaſure?

C. I pray you heartily diſpatch as ſoone as may be this very diſhoneſt companion, leaſt if he ſhall be more mooued, it come ſome way to my fathers eare, and then ſhould I be vtterly vndone for euer.

Sy. There ſhall be no ſuch matter, haue a good heart. We will about this buſines: in the meane ſpace, within pleaſe thou thy ſelfe with her: and commaund the tables to be ſpread for vs, and other things to be made ready. I will come home with ſome meat when the matter is diſpatched throughly.

C. Let it be ſo I pray thee: ſith that this hath falne out well, let vs ſpend this day merily.

Sententiæ.

In tuto vbi omnis res eſt, facile triſtitiam omittimus.

Coram magnifice quenquam in os laudare, aſſentatoris eſt.

Quorum

Quorum ſuus amicus indiget, cum auxiliari poſſit, ea ſerò ſcire amico dolet.

Miſerrimus eſt, qui in eum locum, rediit, vt ſi omnes cuperent, nihil ei poſſint auxiliari.

Occaſio in rerum deſiderio non eſt negligenda.

ACT. III. SCEN. I.

Argumentum.

Sollicitam inducit Soſtratam ob filiæ, quæ ex Aeſchino grauida eſt, vicinum partum.

Soſtrata matrona. Canthara nutrix.

OBſecro mea tu nutrix, quid nunc fiet? C. quid fiet rogas?
Recte ædepol ſpero. S. modo dolores, mea tu, occipiunt primulum.
C. Iam [a] *nunc times quaſi nunquam adfuerit, nunquam tute pepereris?*
S. Miſeram me, neminem habeo: ſolæ ſumus: Geta autem hic non adeſt:
Nec quem ad obſtetricem mittam, nec qui accerſat Aeſchinum.
C. Pol is quidem iam hic aderit: [b] *nam nunquam vnum intermittit diem,*
Quin ſemper veniat. S. ſolus mearum miſeriarum eſt remedium.
C. E re nata melius fieri haud potuit, quam factum eſt hera:
Quando vitium oblatum eſt, quod ad illum attinet potiſſimum,
Talem, tali genere, atque animo, natum ex tanta familia.
S. Ita pol eſt, vt dicis: ſalvus nobis, deos quæſo, vt ſiet.

Hactenus prima pars protaſis explicata eſt: nunc pars altera hic incipit, & Soſtrata dolet de filia, & nutrix eam conſolatur, duobus argu.

a Arg. primum à conditione parturientium.

b Amatoris ſignum.

c Secundum, à perſona adoleſcentis.

Moralis expoſitio.

Quid pietas & affectus maternus ſit, docet Soſtratata.

ACT. III. SCEN. I.

The Argument.

The Poet bringeth in Soſtrata heauy and careſull, for her daughters nigh trauelling of childebirth, whom Aeſchinus had gotten with childe.

Soſtrata a Matrone. Canthara a Nurſe.

I Pray you Nurſe, what now ſhall bee done?

C. Aske you what we ſhall doe? in faith well I hope.

S. O nurſe, my daughter is now in her firſt ſorrowes of childebearing.

C. Doe you now feare as though you were neuer at a womans labour, and your ſelfe neuer bare none?

S. O wretch that I am, I haue no bodie with me: we are al alone, and Geta is not here: neither haue I any that I may ſend to the midwife, nor that may go and call Aeſchinus.

C. In truth he will be euen now heere: for hee paſſeth not one day, but is euer comming.

S. I haue no body in my miſeries to comfort me but him.

C. Miſtres, it is as well falne out for

her as may be, seeing she hath happened this chance; because it principally appertaineth to him that is such a qualified young Gentleman, one borne of such a stocke, so well affected to you and your daughter, & come of such a great house.

S. Its indeede so as thou saist: I pray God that we may haue him in safety.

Sententiæ.

Solum esse in aduersis miserum est.
Nunquam amator vnum intermittit diē, quin ad suam veniat.

ACT. III. SCEN. I.

Argumentum.

Geta Sostratæ servulus commotior, heræ nuntiat Aeschinum alio captum amore, puellam eripuisse lenoni.

Geta servus. Sostrata. Canthara.

Hæc scena viam facit ad epitasin.

[a] NVnc illud est, quod si omnes omnia sua consilia conferant,
Atque huic malo salutem quærant, auxily nihil afferant;
Quod mihique, heræque, filiæque herili est. væ misero mihi,
Tot res repente circumvallant, vnde emergi non potest:
Vis, ægestas, iniustitia, solitudo, infamia.
[b] Hoccine seculum? ô scelera, ô genera sacrilega, ô hominem impurum.
S. Me miserum, quidnam est, quod sic video timidum & properantē Getā?
[c] G. Quem neque fides, neque iusiurandum, neque vlla misericordia
Repressit, neque reflexit, neque quod partus instabat prope:
Cui miseræ indignè per vim vtium obtulerat. S. non intelligo
Satis, quæ loquatur. C. propius, obsecro, accedamus Sostrata. G. ah
[d] Me miserum, vix sum compos animi: ita ardeo iracundia.
Nihil est, quod malim, quam illam totam familiam dari mihi obviam,
Vt iram hanc in eam evomam omnem, dum ægritudo hæc est recens.
Satis mihi id habeam supplicij, dum illos vlciscar modo.
Seni animam primum extinguerem ipsi, qui illud produxit scelus:
Tum autem Syrum impulsorem, vah, quibus illum lacerarem modis?
[e] Sublimem medium arriperem, & capite primum in terram statuerem:
Vt cerebro dispergat viam:
Adolescenti ipsi eriperem oculos: post hæc præcipitem darem:
Cæteros [f] ruerem, agerem, raperem, tunderem, & prosternerem.
Sed cesso heram hoc malo impertire properè? S. revocemus, Geta.
G. Hem quisquis es [g] sine me. S. ego sum Sostrata. G. vbi ea est? te ipsum quærilo.
Te expecto: oppido opportune te obtulisti mihi obviam
Hera. S. quid est? quid trepidas? G. hei mihi. S. quid festinas mi Geta?
Animum recipe. G. prorsus. S. quid istuc prorsus ergo est? G. [h] perimus,
Actum est. S. eloquere obsecro quid sit. iam S. quid iam Geta?
G. Aeschinus. S. quid ergo is? G. alienus est à nostra familia. S. hem
Pery: quare? G. amare occæpit aliam. S. væ miseræ mihi.

G. Neque

a Tragica conquestio servuli de iniuria Aesch.

b Seculum accusat, vt à tempore mores carpat.

c Querimoniam persequitur per exaggerationem

d Cum pudore & stomacho pronuntianda, nam ira animum impedit.

e ὑποτύπωσις: cū nutu & gestu pronuncianda.

f Litera canina iram indicat.

g Præ ira vix tandem cognoscit heram.

h Interruptus sermo ob indignationem.

G. [k] Neque id occulte fert: à lenone ipſus eripuit palam.
S. Satin hoc certo? G. certe, hiſce oculis egomet vidi Soſtrata. S. [l] ah,
Me miſeram: quid credas iam? aut cui credas? noſtrum ne Aeſchinum,
Noſtram vitam omnium, in quo noſtræ ſpes, omneſque opes ſitæ
Erant: [m] qui ſine hac iurabat ſe vnum nunquam victurum diem:
Quiſe in ſui gremio poſiturum pucrum dicebat: patrem
Ita obſecraturum, vt liceret ſibi hanc vxorem ducere.
G. Hera, [n] lacrumas mitte, ac potius quod ad hanc rem opus eſt, porro conſule,
Patiamurne, an narremus cuipiam? C. hau hau mi homo, ſanuſne es? an
Hoc proferendum tibi vſquam eſſe videtur? G. mihi quidem non placet.,
Jam primum illum alieno animo à nobis eſſe res ipſa indicat:
Nunc ſi hoc palam proferemus, ille inficias ibit, ſat ſcio.
Tua fama, & gnatæ vita in dubium veniet: tum ſi maxime
Fateatur, cum amet aliam, non eſt vtile hanc illi dari:
Quapropter [o] quoquo pacto tacito eſt opus. S. ah minime gentium.
Non faciam. G. quid agis? S. proferam. G. bem mea Soſtrata, vide quam rem agas?
S. In peiore loco non poteſt res eſſe, quam in quo nunc ſita eſt.
Primum indotata eſt: tum præterea quæ ſecunda ei dos erat.
Perijt, pro virgine dari nuptum non poteſt. hoc reliquum eſt,
Si inficias ibit, teſtis mecum eſt annulus, quem amiſerat:
Poſtremo quando ego conſcia mibi ſum, à me culpam eſſe hanc procul:
Neque pretium, neque rem vllam interceſſiſſe, illa aut me indignam, Geta,
Experiar. G. quid iſtuc? accedo vt melius dicas. S. tu quantum potes
Abi atque Hegioni cognato huius, rem omnem narrato ordine:
Nam is noſtro Simulo fuit ſummus, & nos coluit maxime.
G. Nam hercle alius nemo reſpicit nos. S. propera: tu mea Canthara
Curre: obſtetricem accerſe, vt cum opus ſit, ne in mora nobis ſict.

k Arg. magni amoris.
l Apoſiopeſis amare flentis.
m Oratorie vehemétius cupitum poſtremo poſuit.
n Fruſtra in metũ conjectæ mulierculæ, vt in fabula pluſculũ eſſet turbarum.
o Conſiliũ Getæ

Moralis expoſitio.

Hæc ſcena ſervi fidelis in Geta exprimit officium.

Intempeſtiva benevolentia & induſtria ſæpe magis obeſt, quam prodeſt. Græcis eſt ἀκαιρος εὐνοια.

Mores irati nihil ſibi temperantis hic exprimuntur.

ACTVS III. SCENA II.

The Argument.

Geta Soſtratæes ſeruant being moued, telleth his miſtris that Eſchinus is in loue with another wench, which hee by violence hath taken from a baud.

Geta the Seruant. Soſtrata, Canthara.

NOw is that ſeaſon, that if al the world would lay their heads together, and ſeeke ſome remedy for the euill which is befalne me, and both my old and young miſtris, they could not helpe vs: woe is me wretch, ſo many thinges doe beſet vs ſuddenly on euery ſide, as there is no way to eſcape; violence, pouertie, euil vſage, ſuccourleſſe eſtate and infamy. Is this the ſtate of the world? O villanies: O curſed kinde: O graceles fellow.

S. O wretch that I am, what is the matter for which I ſee Geta ſo afraid, and making ſuch ſpeede?

G. Whom neither promiſe, oath, nor pity hath ſtaied, nor drawne backe: no though ſhe were ready to bee deliuered: whom he, poore wretch that ſhe is, villanouſly had abuſed.

S. I do not well know what he ſaith.

C. Soſtrata, I pray thee let vs goe nearer him.

G. Hah, wretch that I am, I am almoſt out of my wits for very anger, I wiſh nothing in the world more then to meete with the whole packe of his kindred, that I may empty all my ſtomacke on them, whilſt this griefe is freſh in my minde. I would thinke my ſelfe very well content, ſo that I may reuenge me of them. Firſt of that varlet, then that knaue Syrus that counſelled him to it: oh, how would I torment him? I would hoiſe him vp on high by the middle, and would turne him and his heeles vpward, that he may ſtrew the ſtreete with his braines: I would beate the boy blinde: when all this is done, I would breake his necke: I would runne violently vpon the reſt, driue them all before me, take them by ſtrong hand, caſt them at my foote, and beate them to powder: but I make no haſt to tell ſpeedily my miſtris of this miſchiefe.

S. Lets call him backe, Oh Geta.

G. Tuſh, trouble mee not whoſoeuer thou art.

S. I am thy Soſtrata.

G. Where is ſhe? Its euen you I ſeeke: you I looke for, you met with me very fitly miſtris.

S. Whats the matter, why quakeſt?

G. Woe is me.

S. Why makeſt thou ſuch haſt my Geta? take breath.

G. Vtterly.

S. What is this vtterly?

G. We are vndone: thers no recouery.

S. Say I pray thee, what is it?

G. Now.

S. What now Geta?

G. Aeſchinus.

S. What hath he done?

G. He hath forſaken vs cleane.

S. Hah, I am vndone then: wherefore?

G. He is in loue with another.

S. Woe is me wretch.

G. Neither doth he hide it: for openly by force hath he taken away a girle from the bawde.

S. Art thou ſure this is true?

G. Yea, I am ſure, I my ſelfe ſaw it Soſtrata with theſe eies.

S. Alas, woe is me wretch. What maiſt thou now beleeue? or whom maiſt thou now truſt? Is it true that our Aeſchinus hath dealt thus: as deare to vs as our liues: in whom al our hope and help conſiſted, who had ſworne that he would not liue one day without this my daughter: who ſaid hee would put the childe in his boſome, and intreate his father that hee might marry her?

G. Miſtres leaue weeping, & rather look to that which is behinde, as neceſſity requireth: what ſay you, ſhould wee put vp this iniurie, or ſhould we tell it to any?

C. Quiſt,

C. Quiſt, quiſt, what man, art thou well in thy wits? doſt thou thinke this meete to be told any where?

G. Truly not by my conſent, for now, the matter it ſelfe doth firſt ſhew that hee hath forſaken vs: now if wee ſhall openly tell it abroad, I know well, that hee will deny it: and then your good name will come in queſtion, and your daughter wil be in danger of her life. Moreouer, if truly he ſhould confeſſe it, that the child is his, it is not good to giue this your daughter to him, ſith hee is in loue with another. Wherefore it is needefull by what meanes we may to keepe it cloſe.

S. Ha, no: I will not do ſo.

G. What will you do?

S. I will brute it abroade.

G. Alas, deare miſtris Soſtrata: take heede what you do.

S. The matter cannot be in worſe caſe then now it is, for firſt and formoſt ſhee hath naught to liue on; then ſecondly, ſhe hath loſt that which ſhould be her ſecond dowry, ſhe cannot be giuen in marriage for a maide. This onely ſhift I haue to make, if he ſhall deny it, I haue a ring with me which he loſt, that can witneſſe the truth: laſtly, becauſe my conſcience telleth me, that I am farre from blame, I will let others vnderſtand Geta, that neither hire, nor any thing hath beene betwixt vs, vnbeſeeming either mee or my daughter.

G. What is this? I come nearer, that you may tell me more plainely.

S. Go in all haſt, and tell all this matter orderly to Hegeo my daughters kinſman, for hee hath beene a great friend to my husband Simulus, and hath alwaies been our ſpeciall friend.

G. For indeede no man elſe regardeth vs.

S. Make haſte: Canthara run, goe call the midwife, that ſhe bee not out of the way when need requireth.

Sententiæ.

Fruſtra malo ſalutem quæris, cum auxilii nihil afferas.

In peiore loco non poteſt eſſe puella, quám indotatam eſſe, & pro virgine nuptum dari non poſſe.

Satius eſt porro conſulere, potius quæ ad futura opus ſunt, quam de præteritis non revocandis ſollicitum eſſe.

ACT. III. SCEN. III.

Argumentum.

Male eſt Demeæ quod filium Cteſiphonem audiuerit vna adfuiſſe, cum eriperet mulierem Aeſchinus: commendatur Cteſipho, vituperantur Mitio & Aeſchinus; callide vtrumque Syrus facit. Demea autem narratione virtutum Cteſiphonis plurimum gaudet.

DEMEA. SYRVS.

DISPERIJ: Cteſiphontem audiui filium
Vna fuiſſe in raptione cum Aeſchino.
Id miſero reſtat mihi mali, ſi illum poteſt
Qui alicui rei eſt, etiam cum ad nequitiam abducere.

Reducituriam ad epitaſin. & hic cura Demeæ de filio continetur: ne corrumpatur à fratre Aeſch.

Vbi ego illum quæram? credo abductum in ganeum
Aliquo: persuasit ille impurus sat scio.
Sed eccum Syrum ire video: hinc scibo iam vbi sciet:
Atque hercle hic de grege illo est: si me senserit
Eum quæritare, nunquam dicet carnifex,
a Senis astutia. *Non* [a] *ostendam me id velle. S. Omnem rem modo seni*
Quo pacto haberet, enarramus ordine:
Nihil quicquam vidi lætius. D. pro Iupiter,
Hominis stultitiam. S. collaudauit filium:
Mihi, qui dedissem consilium, egit gratias.
D. Disrumpor. S. argentum admuneranit illico:
b Mire faceto callido commẽto eluditur Demea: ne Ctesiphonis peccatũ resciscat. *Dedit præterea in sumptum* [c] *dimidium minæ:*
Id distribuium sane est ex sententia. D. hem,
Huic mandes, si quid recte curatum velis.
S. Ehem Demea, haud aspexeram te: quid agitur?
D. Quid agitur? vostram nequeo mirari satis
Rationem. S. est hercle inepta, nedicam dolo, atque
Absurda. Pisces cæteros purga Dromo:
Congrum istum maximum in aqua sinito ludere
Paulisper: vbi ego rediero, exossabitur:
Prius nolo. D. hæccine flagitia? S. mihi quidem non placent,
Et clamo sæpe, Salsamenta hæc Stephanio
d Macerare, mollire, sicut triticũ Columella macerandum dixit, & gemmas aceto macerari. Plini. & pleraque alia. *Fac* [d] *macerentur pulchre. D. Dij vostram fidem,*
Vtrum studio ne id sibi habet, an laudi putat
Fore, si perdiderit gnatum? væ misero mihi,
Videre videor iam diem illum cum hinc egens
Profugiet aliquo militatum. S. O Demea
ISTVC est sapere, non quod ante pedes modo est
Videre, sed etiam illa, quæ futura sunt,
Prospicere. D. quid? istæc iam penes vos psaltria est?
S. Est iam intus. D. eho, an domi est habiturus? S. credo vt est
Dementia. D. hæccine fieri flagitia? S. inepta lenitas
Patris, & facilitas praua. D. fratris me quidem
e Piget obdamna, pudet ob turpia. [e] *Pudet, pigetque. S. nimium inter vos Demea, ac*
Non quia ades præsens dico hoc, permirum interest:
Tu quantus quantus, nihil nisi sapientia es:
Ille futilis, somnium: sineres vero illum tuum
f Senis vigilãtia *Facere hæc? D.* [f] *sinerem illum? an non sex totis mensibus*
Prius olfecissem, quam ille quicquam cæperit?
S. Vigilantiam tuam tu mihi narras? sic fiet modo,
Vt nunc est quæso? S. vt quisque suum volt esse, ita est.
D. Quid eum? vidistine hodie? S. tuumne filium?
D. Abigam hunc rus. S. iam dudum aliquid ruri agere arbitror.
D. Satis scis ibi cum esse? S. quem egomet produxi. D. optime est.
Metui, ne hæreret hic. S. atque iratum admodum.
D. Quid autem? S. adortus iurgio fratrem apud forum.

De

De psaltria istac. D. ain vero? S. vah, nihil reticuit:
Nam vt numerabatur forte argentem, intervenit
Homo de improuiso, cæpit clamare, Aeschine,
Hæccine flagitia facere te? hæc te admittere
Indigna genere nostro? D. oh, g lacrumo gaudio.
S. Non tu hoc argentum perdis, sed vitam tuam.
D. Saluos sit spero, est similis maiorum suum. S. hui.
D. Syre præceptorum plenus istorum ille. S. Phy:
Domi habuit, vnde disceret. D. fit sedulo:
Nihil praeter mitto, consuefacio: denique
Inspicere, tanquam in speculum vitas omnium,
Iubeo, atque ex alys sumere exemplum sibi.
Hoc facito. S. recte sane. hoc fugito. S. Callide.
D. Hoc laudi est. S. istæc res est. D. hoc vitio datur.
S. Probissime. D. porro autem. S. non hercle otium est
Nunc mihi auscultandi: piscis ex sententia
Nactum sum: hi mihi ne corrumpantur, cautio est.
h Nam id nobis tam flagitium est, quam illa Demea
Non facere vobis, quæ modo dixi: & quod queo,
Conscruis ad eundem illis præcipio modum:
Hoc salsum est, hoc adustum est, hoc lautum est parum:
Illud recte: iterum sic memento: sedulo
Moneo, quæ possum pro mea sapientia.
Postremo tanquam in speculum, in patinas Demea
Inspicere iubeo, & moneo quid facto opus siet.
Inepta hæc esse, nos quæ facimus, sentio:
Verum quid facias? vt homo est, ita morem geras.
Nunquid vis? D. mentem vobis meliorem dari:
S. Tu rus hinc abis? D. recte. S. Nam quid tu hic agas,
Vbi si quid bene præcipisti, nemo obtemperet?
i D. Ego vero hinc abeo, quando is, quamobrem huc veneram,
Rus abyt: illum curo vnum: ille ad me attinet:
Quando ita vult frater, de istoc ipse viderit.
Sed quis illic est, quem procul video? estne hic Hegio
Tribulis noster? si satis cerno, is hercle est. vah, homo
Amicus nobis iam inde à puero. Dij boni,
Næ illusmodi iam nobis magna ciuium
Penuria est, homo antiqua virtute, ac fide:
Haud cito mali quid ortum ex hoc sit publice.
Quam gaudeo, vbi etiam huius generis reliquias
Restare video? vah, viuere etiam nunc libet.
Opperiar hominem hic vt salutem, & colloquar.

g In profuso gaudio lachrymæ erumpunt.

h Deludit senem

i Causa discedendi vt fabula confirmetur.

Moralis expositio.

Suspicio leuis est sæpe magni cruciatus causa.

Timidi sunt parentes de liberorum vita, ne per alios seducantur.

Serui hoſtes ſunt maximi, quando Gnathones eſſe incipiunt.

Seruorum præſertim famelicorum animus ſemper eſt in patinis. φλαυτος vel à Gnathonibus laudari, mire ſibi placent.

ACT. III. SCEN. IV.

The Argument.

Demea is not well in minde for that he heard, that Cteſipho was together with Aeſchinus when he took away the woman. Cteſipho is commended, Mitio diſpraiſed and Aeſchinus: Syrus playeth cunninglie on both ſides. Demea greatly reioyceth in making relation of Cteſiphoes vertues.

SYRVS, DEMEA.

I Am vtterly vndone: I haue heard ſay that my ſonne Cteſipho was together with Aeſchinus in the taking away of the wench: this will bee my greateſt greefe, if he can bring him alſo to vnthriftineſſe, who hath a calling to take him to. Where ſhould I goe ſeeke him? I ſuppoſe hee is carried againſt his will into the Stewes ſomewhither. That diſhoneſt fellow hath counſelled him to doe it, I know well enough. But loe I ſee Syrus comming, I will know of him where he is: for indeed he is one of that crew, the hangman will neuer tell me, if he ſhall perceiue that I looke for him: I will not let him know that that is my minde.

S. We haue told al the matter erewhile to the olde man orderly euen as it was: the merrieſt old man that euer I ſaw.

D. Oh God, ſee the folly of my Brother.

S. He commended his ſonne, and hee thanked me that gaue him the counſell.

D. I burſt in ſunder.

S. He told out the money to mee without any delay: and hee gaue beſides an angell for expenſes: that was deuided as we thought good.

D. Ha ah, you ſhould commit the buſines to this mate, if you would haue it well looked vnto.

S. Hoe M. Demea I ſaw you not: what cheare?

D. What cheare? I cannot a little maruaile at your manner of life

S. Indeede to ſpeak the truth, it is fond and abſurd. Dromo make cleane the reſt of the fiſh: but this great Conger let play a while in the water: it ſhall be dreſt when I come, but not before.

D. Is it conuenient you ſhould play ſuch lewde prancks?

S. Truly they content not mee, I often call, oh Stephanius, ſee that this ſalt fiſh be well watered.

D. Good God whether doth hee it of ſet purpoſe, or thinkes it will bee for his commendations, if he ſhall vndo my ſon? woe is me miſerable man, me thinks I ſee euen now that day, when he ſhal for meere need run from hence ſome whither to be a ſouldier.

SOM. Demea, that is wiſedome, not only to ſee things preſent, but alſo to ſee euen thoſe that are to come after.

D. What? is this Pſaltreſſe in your cuſtody now?

S. She is euen now within.

D. Yea, will he haue her at home?

S. I thinke ſo, ſo mad is he.

D. Is it meet theſe ſhamefull acts ſhould be committed?

S. The mildnes of his father, ſo eaſilie intreated is the cauſe of it.

D. I.

D. I am aſhamed, and am ſorrie that he is my brother.

S. There is too much difference, yea too too much, Demea, betwixt you two, I doe not ſpeake for flatterie: you are nothing but wiſedome it ſelfe: hee is a fooliſh and vaine fellow: ſhoulde you ſuffer your ſonne to doe theſe things?

D. Should I ſuffer him? had not I ſmeld it out ſix moneths before he attempted any ſuch thing?

S. Tell you mee of your diligent care, as though I knew it not?

D. I pray you now let him be as he is.

S. So is the ſonne, as the father would haue him.

D. What, ſawe you him this day?

S. What, your ſonne?

D. I will packe into the countrey.

S. I thinke he is doing ſomething in the countrey a good while ſince.

D. Art thou ſure he is there?

S. Oh, thinke you I know not whome I my ſelfe accompanied?

D. I hats very well, I feare leſt he ſhould haue abidden here.

S. I, and that very angry.

S. I, why ſo? S. Hee chode his brother at the market for this finging wench.

Saieſt thou truly?

S. Woh, hee cloked nothing: for by chance, as this money was tendered, this fellow came in the meane ſpace at vnawares: he began to crie out aloud, ſaying, Aeſchinus, is it meete that you ſhould cõmit theſe lewd prankes? becommeth it you to commit theſe things ſo vnbeſeeming our kindred?

D. Hoe, I weepe for ioy.

S. Thou doeſt not loſe thy money, but thy life.

D. God bleſſe him, I hope he is like his anceſtours.

S. Whouh.

D. O Syrus, he is paſſing well inſtructed in theſe points.

S. Whough, he had at home, of whom he might learne.

D. He doth this daily: I omit no time: I acquaint him with it briefly: I will him to looke into other mens liues, as into a glaſſe, and let them bee an example to him: I, doe this.

S. Truly, well done.

D. Auoide this.

Wiſely done.

D. This is commendable.

S. This is a good thing.

D. This is diſcommended.

S. You giue him very good aduice.

D. And furthermore.

S. I haue no leiſure to heare you: I haue gotten fiſh for my tooth: I muſt take heede they be not marred, for thats as euill a deede for vs, as it is for you, Demea, not to doe theſe you ſpake of erewhile; for as farre as I am able, I inſtruct my fellow-ſeruants after the ſame manner, ſaying, this is ſalt, this is burnt, this is ſcant cleanly; yonder is well. Againe, remember to do thus: I am daily admoniſhing, as well as my skill will ſerue. Finally, I will them, Demea, to looke into the platters, as into a glaſſe: and I tell them what is needfull to be done: I thinke theſe but toies which wee doe. But ſhould a man doe? as a man is, ſo follow him in his waies. Wilt thou any thing elſe?

D. That God would make thee wiſer.

S. Are you going hence into the countrey? D. Yea.

S For what ſhould you doe here, where your good counſell can take no place?

D. Sith hee, for whoſe cauſe I came hither, is gone into the countrey, I will bee going hence: I care onely for him, he appertaineth to me: Sithen my brother will haue it ſo, he ſhall looke to this fellow. But who is yonder, I behold afarre off? Is not this Hegio of our ſtocke? without doubt it is he, if my ſight do not faile me. Hoe, a friendly man to vs euen from our child-

hood.

hood. O good God, wee haue too fewe of ſuch cittizens with vs now adaies: he is a good man of great authoritie and credit: neither doe I know any harme hee had done to the common wealth. How glad am I when I ſee ſome remnants of this ſtocke? Hoe, now I ioy to liue. I will ſtay for the man here, that I may ſalute him, and talke with him.

Sententiæ.

Iſtuc eſt ſapere, non quod ante pedes modo eſt videre, ſed illa, quæ futura ſunt proſpicere.

Inepta lenitas parentum & praua facilitas in cauſa ſunt, cur plurima à liberis ſuis flagitia fiunt.

Vt quiſque ſuum vult eſſe filium, ita eſt.

Neminem talia admittere, quæ genere ſuo ſunt indigna, decet.

Adprime vtile eſt, tanquam in ſpeculum, vitam aliorum inſpicere, ex quibus exemplum honeſte nobis viuendi ſumere poſſimus.

Quod laudi eſt, facito: quod vitio detur, id fugito.

Quod queas recte, aliis callide & probiſſime pro ſapientia præcipito: & quid facto opus ſit, factis admoneto.

Tam vni flagitium eſt, quam alteri recta non facere.

Nos non facere, aliis quæ facienda præcipimus, ineptum eſſe cenſendum.

Vt homo eſt, ita morem gerat.

Nihil agis, ſi bene quid præcipias, vbi nemo obtemperat.

Hominum antiqua virtute et fide nobis hiſce temporibus magna penuria eſt.

ACT. III. SCEN. IV.

Argumentum.

Hegeo docet Soſtratæ filiam inique ab AEſchino tractatam, ac tandem vitiatam eſſe: id factum nunc Demeæ narrat.

Hegeo, Geta, Demea, Pamphila.

Epitaſis palam facit Aeſchini peccatum.

PRoh Dy immortales, facinus indignum: Geta
Quid narras? G. ſic eſt factum. ex iſtane familia
Tam illiberale facinus eſſe actum? ô Aeſchine
Pol haud paternum iſtuc dediſti! D, videlicet,
De pſaltria hac audiuit: id illi nunc dolet,
Alieno: pater is nihili pendit: hei mihi
Vtinam hic prope adeſſet alicubi, atque audiret hæc.
H. Ni facient quæ illos æquum eſt, haud ſic auferent.
G. In te ſpes omnis Hegeo nobis ſita eſt.
Te ſolum habemus: tu es patronus: tu parens:
Ille tibi moriens nos commendauit ſenex:
Si deſeris tu, perimus: H. caue dixeris:
Neque faciam, neque me ſatis pie poſſe arbitror.
D. Adibo. ſaluere Hegionem plurimum
Jubeo. H, te quærebam ipſum: ſalue Demea.
D. Quid autem. H. maior filius tuus Aeſchinus,
Quem fratri adoptandum dediſti: neque boni

b Ciuilis & matura cõminatio.

c Artificioſa expoſtulatio.

Neque

Neque liberalis functus officium est viri.
D. Quid istuc est? H. nostrum amicum noras Simulum,
Atque æqualem. D. quid ni? H. filiam eius virginem
Vitiauit. D. hem. H. mane, nondum audisti Demea
Quod est grauissimum. D. an quicquam est etiam amplius?
H. d Vero amplius: nam hoc quidē ferundum aliquo modo est.
e Persuasit nox, amor, vinum, adolescentia:
Humanum est, vbi scit factum, ad matrem virginis
Venit ipsus vltro lacrumans, orans, obsecrans,
Fidem dans, jurans se illam ducturum domum.
Ignotum est, tacitum est, creditum. virgo ex eo
Compressu grauida facta est: mensis hic decimus est.
f Ille bonus vir nobis psaltriam (si dijs placet)
Parauit, quicum viuat: illam deserat.
D. Pro certone tu istæc dicis? H. mater virginis
In medio est, ipsa virgo, res ipsa, hic Geta
Præterea, g vt captus est seruulorum, non malus,
Neque iners, alit illas: solus omnem familiam
Sustentat: hunc abduce: vinci: quære rem.
G. Immo hercle extorque, nisi ita factum est Demea.
Postremo non negabit: coram ipso cedo.
D. Pudet: nec quid agam, neque quid huic respondeam
Scio. Pam. Miseram me, differor doloribus.
Iuno Lucina fer opem, serua me obsecro. H. hem,
Illæc fidem nunc vestram implorat Demea,
Quod vos ius cogit, id voluntate impetret.
Hæc primum vt fiant, deos quæso, vt i vobis decet.
Sin aliter animus vester est, ego Demea
Summa vi hanc defendam, atque illum mortuum.
l Cognatus mihi erat: vna à pueris paruoli
Sumus educti: vna semper militiæ, & domi
Fuimus: paupertatem vna pertulimus grauem.
Quappopter nitar, faciam experiar: denique
m Animam relinquam potius, quam illas deseram.
Quid mihi respondes? D. fratrem conueniam Hegeo:
Is quod mihi de hac re decrit consilium, id sequar.
H. Sed Demea hoc tu facito tecum animo cogites,
Quam vos facilime agitis, quam estis maxume
Potentes, dites, fortunati, nobiles:
Tam maxume vos æquo animo æqua noscere
Oportet: si n vos vultis perhiberi probos.
D. Redito, fient, quæ fieri æquum est, omnia.
H. Decet te facere. Geta duc me intro ad Sostratam.
D. Non me inducente hæc fiunt. vtinam hoc sit modo
Defunctum: verum nimia illæc licentia
Profecto evadet in aliquod magnum malum.

d Collatione amplificat.
e Narratio.
f Conclusio per ironiam.
g Cæsar ait, vt Captus est Germanorum. Cic. vt captus est hominum.
h Argumentum à coniecturis.
i Græcismus. Act. 5. sc. 8. infra.
l Causam reddit cur aduersarius sit futurus.
m Incrementum.
n Persuasio à laude prohibendis.

Ibo,

o Minis cura cõ positio, sed apta iracundi, est enim litera canina. Act 3. scen 2. ruerem. agerem, raperem, &c. supra.
p Epiphonema.

Ibo, ac o requiram fratrem, vt in eum hæc p evomam.
H. Bono animo sis Sostrata, & istam quod potes,
Fac consolere: ego Mitionem si apud forum est,
Conveniam: atque vt res gesta est, narrabo ordine:
Si est, facturus vt sit officium suum,
Faciat: sin aliter de hac re est eius sententia,
Respondeat mihi, vt quid agam quam primum sciam.

Moralis expositio.

Errantes multis doloribus sæpe afficiuntur.

Fidi & synceri patroni hic est exemplum.

Amicorum æqualium mutua debet esse opera, etiam post alterutrius mortem.

ACT. III. SCEN. V.

Thé Argument.

Hegeo sheweth that Sostrataes daughter hath bin ill dealt withall by AEschinus, and at length to haue beene beflowred by him: which fact of his he telleth here to Demea.

Hegeo, Geta, Demea, Pamphila.

OH the immortall Gods, a villanous fact. Geta, what is this thou tellest me?

G. It is done thus as I tell you.

H. What, saist thou that such dishonestly is committed by one of that familie? O AEschinus, in good sooth thou hast not learned this of thy father.

D. Surely he hath heard of this singing wench, that is now a griefe to him, who is but a stranger. His father, hee maketh no account of it. Woe is mee, O that hee were somewhere here by that hee might heare these things.

H. Vnlesse they will doe that which becommeth them to doe, they shall not carry it away so.

G. O Hegeo, all our hope relieth on you: we haue only you to stand our friend: you are our defendor, you are our father: that olde man on his death-bed bequeathed vs vnto you, if you forsake vs, we are vndone.

H. Beware thou saist not so: I will not doe it: neither doe I thinke that I can sufficiently performe that duty I owe vnto him.

D. I will goe vnto him, O Hegeo, I wish you very well to fare.

H. Its euen you I looked for: O Demea, God saue you.

D. But why seeke you me?

H. Your elder sonne AEschinus, whome you gaue to your brother to make his adopted sonne, hath not plaid the part of an honest man, or one well brought vp.

D. What is that he hath done?

H Knew you our friend Simulus a man of my age?

D. What should let, but that I might know him?

A. He hath defloured this mans daughter.

D. Alas.

H. Nay stay, yet Demea haue you not heard the worst.

D. Is

D. Is there any thing yet beſides?

H. Yea there is more: for this in ſome regard is to be borne with; for the night perſwaded him thereto, loue, wine, and his youthfulneſſe, and it is but a point of mans frailtie: for after he knew what hee had done, he came of his owne accord to the maides mother weeping, praying and deſiring for Gods ſake, her fauour, promiſing and ſwearing that he would marrie her. None knew of it but themſelues, the matter is kept cloſe, for ſhee beleeued his word: the maide was great with childe by him; this is now the tenth moneth. That honeſt man, in Gods name, hath got to mocke vs with, a ſinging wench, with whom he may liue, and would forſake her.

D. Is this true you tell me?

H. The maidens mother is readie to teſtifie it, the maide herſelfe, and alſo the very matter: beſides this her ſeruant Geta, an honeſt painefull fellow, as the condition of ſeruants is, he nouriſheth them, he alone maintaineth the whole familie, take him too aſide, bind him, and inquire the matter out of him.

G. Yea. M. Demea get it out by torments of me, if it be not done as hee hath tolde: laſtly, the young man himſelfe will not denie it. Say it to his face.

D. I am aſhamed of it, neither doe I know what to doe, or what I ſhould anſwer this man.

P. O wretch that I am, I am euen riuen in ſunder with paines. O Iuno Lucina, helpe, ſaue me I pray thee.

H. Hoe, I pray thee, is ſhee in labour?

G. Yea Hegeo.

H. Alas, now Demea ſhee craueth your aide, let her obtaine that with fauor, which equitie conſtraineth you to. I pray God you may doe as it beſeemeth you in this caſe, but if you bee not ſo minded, I will defend to the vttermoſt this woman, and him that is departed: he was my kinſman, wee were brought vp together of little ones, we haue beene companions alwaies in warre abroad, and in peace at home: and wee ſuffered great penurie together. Wherefore I will doe the beſt I can doe. I will trie the right by law: to bee ſhort, I will loſe my life before I will forſake the. What anſwer doe you giue me?

D. Hegeo, I will talke with my brother, and what hee ſhall aduiſe mee, that will I doe.

H. But Demea, doe thus much, thinke with your ſelf this, that as you liue at eaſe, and as you are very mightie, rich, fortunate, and noble; ſo much more ought you a great deale with a readie good will vnderſtand what things are lawfull, if you will be accounted an honeſt man.

D. Goe backe againe, you ſhall haue all right and reaſon requires.

H. It behoueth you ſo to doe. Geta, leade me the way into Soſtrata.

D. I am neither of aſſent nor counſell in theſe matters, I would to God that this may be the laſt pranke hee ſhould play: but without doubt it is, that too too much free ſcope wil come to ſome one or other great miſchiefe. I will go and ſeeke againe for my brother, that I may vtter theſe things with reproach againſt him.

H. Soſtrata be of good cheare, & comfort this your daughter as wel as you can: and I will goe and talke with Micio, if he be at the market place, and I will let him vnderſtand how all the matter ſtands. If he will doe that which hee ought, let him doe it: but if hee bee of another minde touching this matter, let him giue me an anſwer, that I may ſoone know what I ſhould doe.

Sententiæ.

Ex honeſta familia illiberale facinus oriri minime decet.

Quod te ius cogit, id voluntate impetretur.

Animam

Animam nobis relinquamus potius, quam amicum fidelem deseramus.

Quod tibi quispiam de re vlla, bonum dederit consilium, id sequere.

Quanto facilius tu agis, quanto es potentior, ditior, fortunatior, & nobilior: tanto æquioni animo æqua te noscere oportet, si vis haberi probus.

Omnia decet te facere, quæ fieri æquum est.

Nimia licentia in magnum aliquod sæpe evadet malum.

ACT. IV. SCEN. I.

Argumentum.

Syrus Ctesiphonem instituit quemadmodum respondere debeat patri.

CTESIPHO. SYRVS.

a Hic compendio ostenditur, quidnam sit locutus.

a *An patrem hinc abisse rus? S. iam dudum. C. dic sodes. S. apud villam est, nunc etiã maxume operis aliquid facere credo. C. vtinã quidẽ.*
Quod cum salute eius fiat, ita se defatigarit velim,
Vt triduo hoc perpetuo prorsus à lecto nequeat surgere:
S. Ita fiat, & istoc si quid potis est rectius. C. ita. nam hunc diem

b Asseveratio comica,

b *Misere nimis cupio, vt cœpi, perpetuum in lætitia degere.*
Et illud rus nulla alia causa tam male odi, nisi quia prope est: quod si abesset longius,
Prius nox oppressisset illic, quam huc reverti posset iterum.

c Solicitudinem paternam notat.

c *Nunc vbi me illic non videbit, iam huc recurret, sat scio.*
Rogabit me, vbi fuerim: quem ego hodie toto non vidi die.

d Bonus adolescens mentiri nescit, nec vult.

Quid dicam. S. nihilne in mente est? C. d *nunquã quicquam. S. tanto nequior.*
Cliens, amicus, hospes nemo est nobis? C. sunt: quid postea?
S. Hisce opera vt data sit. C. quæ non data sit? non potest fieri. S. potest.
C. Interdiu, sed si hic pernocto, causæ quid dicam Syre?
S. Vah, quam vellem etiam noctu amicis operam mos esset dari:
Quin tu otiosus es: ego illius sensum pulchre calleo.

e ἐυσπλαγχνος.

Cum e *furit maxime, tam placidum, quam ovem reddo. C. quomodo?*
S. Laudarier te audit libenter: facio te apud illum deum:
Virtutes narro. C. meas? S. tuas: homini ilico lacrumæ cadent

f Silentii proverbium.

Quasi puero, gaudio. hem tibi autem. C. quidnam est? S. f Lupus est in fabula.

g Ellipsis: properanti apta.

C. Pater est? S. ipsus est. C. Syre quid agimus? S. fuge modo intro: ego videro.
C. Si quid rogabit, g *nusquam tu me: audisti? S. potin vt disinas?*

Moralis expositio.

In Ctesiphone depingitur ingenium probi & simplicis adolescentis, qui patrem reveretur, & aversatur mendacium.

Mos veterum patrum circa filios ostenditur in Demea quem describit Syrus.

Hic etiam demonstratur quantum moribus obsint pravorum commercia.

ACT.

ACT. IV. SCEN. I.

The Argument.

In this ſcene Syrus teacheth Cteſipho how to make anſwer to his father.

CTESIPHO. SYRVS.

DOe you ſay that my father is gone into the countrey.

S. Long ſince.

C. Of good fellowſhip tell me truly.

S. He is now at his farme, & I beleeue that he is now hard at ſome worke.

C. I wiſh truly, ſo it may be with his ſafety, that hee might bee ſo wearie himſelfe, that he might not be able to riſe out of his bedde all theſe three daies togither.

S. So I would haue it, and any thing that may be more commodiouſly done by him for thee then this.

C. Euen ſo: for I aboue meaſure deſire to liue merily all this day, as I haue begunne: and there is no other reaſon why I doe ſo much diſlike of that farme, but for that its ſo neare the cittie: for if it were further away, it would bee night ere that he could returne hither againe. Now when he ſhall not ſee me there, then will hee come running hither backe againe, I know well enough He will aske me where I haue beene, whome I haue not ſeene al this whole day. What ſhould I ſay?

S. Canſt thou make no excuſe for thy ſelfe?

C. No: none at all.

S. So much the worſe. Haue you no client, friend, or gueſt?

C. Yes; what then?

S. You may ſay, you attended on theſe.

C. Attendance which was neuer giuen: I cannot make this an excuſe which I neuer did.

S. But you may.

C. On the day time. But what if I tarrie all the night, O Syrus, what excuſe then ſhould I make?

S. Oh ho, how would I excuſe the matter, and ſay, that it is the manner euen in the night time, to attend on our friends. But feare nothing: for I know his minde very well: when hee ſhall bee as hote as a toaſte, I can make him as quiet as a lambe.

C. How?

S. He gladly heareth you commended: I make you a God with him: making relation of your good qualities.

C. Mine?

S. Yours, and by and by he will weepe like a childe for ioy. But hoe, you muſt be packing.

C. Whats the matter?

S. He is here we ſpeake of.

C. Iſt my father?

S. Its euen he.

C. O Syrus, what ſhall we doe?

S. Get thee in quickly now, and I will ſee the euent.

C. If he ſhall aske for me, ſey you ſawe me no where: heareſt thou me?

S. Can you holde your peace?

Sententiæ.

Ne id nobis optemus, quod cum alterius ſalute non fiat.

Liberalis eſt, qui facile aliquid petenti concedit; & eo vult, quod poſcitur, ſponte ſi poſſit rectius facere.

Omnes, qui cæperunt, perpetuos in lætitia dies degere cupiunt.

Malum, nulla alia cauſa male nos, niſi quod malum ſit, odiſſe oportet.

In mente Simplicis & cordati nunquam

quicquam

aliquam cauſam eſt effingere.

Interdiu, noctuque etiam, ſi quid opus ſit, amicis operam demus.

Fervidum maxime hominem, qui illius ſenſum pulchre callet, placidam ovem facile reddat.

Quibus bene volumus, hoſce libenter laudari audimus.

Virtutes te apud homines deum, & divum apud deum te faciunt.

ACT. IV. SCEN. II.

Argumentum.

Queritur Demea quod fratrem non repererit. Idem à Syro deluditur, locum in quo ſit frater, bifariam deſcribente.

DEMEA, CTESIPHO, SYRVS.

a Magis ſonoram reddit orationem.

NAE ego homo *infelix, primum fratrem nuſquam invenio* [a] *gentium: Præterea autem dum illum quæro, à villa mercenarium*
Vidi: is filium negat eſſe ruri: nec quid agam ſcio.
C. Syre? S. quid ais? C. Men quærit? S verum. C. pery. S. quin tu animo bono es.

b Ridicula querela ſenis.

D. [b] *Quid hoc (malum) infœlicitatis? nequeo ſatis diſcernere:*
Niſi me credo huic eſſe natum rei, ferundis miſeriis.

c Expolitio rethorica.

c Primus ſentio mala noſtra: primus reſciſco omnia.

d Obnuntiantur mala, anuntiantur bona.

Primus porro [d] *obnuntio: ægre ſolus, ſi quid ſit, fero.*
S. Rideo hunc: primum ait ſe ſcire, is ſolus neſcit omnia.
D. Nunc redeo, ſi forte frater redierit viſo. C Syre
Obſecro, vide ne ille huc prorſus ſe irruat. S. etiam taces?

e Diffidentia Cteſiphonis ex pavore.

Ego cavebo, C. [e] *nunquam hercle hodie ego iſtuc committam tibi:*
Nam me iam in cellam aliquam cum illa concludam. id tutiſſimum eſt.
S. Age, tamen ego hunc amovebo. D ſed eccum ſceleratum Syrum.

f Eluditur Demea ne deprehendat Cteſiphonem.

S. [f] *Non hercle hic quidem durare quiſquam, ſi ſic ſit, poteſt.*
Scire equidem volo, quot mihi ſint domini: quæ hæc eſt miſeria?
D. Quid ille gannit? quid volt? quid ais bone vir? eſt frater domi?

g τεχνικῶς ponitur.

S. Quid (malum) [g] *bone vir mihi narras? equidem pery. D. quid tibi eſt?*

h Verſuta fictio ad deludendum ſenem.

S. Rogitas? [h] *Cteſipho me pugnis miſerum, & iſtam pſaltriam*
Vſque occidit. D. hem, quid narras? S. hem, vide ut [i] *diſcidit labrum.*
D. Quomobrem? S. me impulſore hanc emptam eſſe ait. D. non tu eum rus hinc modo
Produxe aiebas. S. [k] *factum: verum venit poſt inſaniens:*
Nihil pepercit: non puduiſſe verberare hominem ſenem,
Quem ego modo puerum tantillum in manibus geſtavi meum?
D. Laudo Cteſipho: patriſſas: abi, virum te iudico.
S. Laudas? næ ille continebit, poſthac ſi ſapiet, manus.
D. Fortiter. S. perquam: quia miſeram mulierem & me ſervolum,
Qui referire non audebam, vicit: i hui? perfortiter.
D Non potuit melius: idem ſenſit quod ego, te eſſe huic rei caput.
Sed eſt ne frater intus? S. non eſt. D. ubi illum quæram rogito.
S. [m] *Scio ubi ſit, verum hodie nunquam monſtrabo. D. hem, quid ais? S. ita.*

i Synecdoche pro toto ore.

k Callida inventio.

l Cum geſtu pronuntiandum.

m Hoc dicit ut avidius inveſtiget.

D. Di-

D. Diminuetur tibi quidem iam cerebrum. S. at nomen nescio
Illius hominis, sed locum noui vbi sit. D. dic ergo locum.
S. Nostin porticum apud macellum hac deorsum? D. quid ni noverim?
S. n *Praeterito hac recta platea sursum: vbi co veneru,*
Clivos deorsum, vorsum est: hac te praecipitato: postea
Est ad hanc manum sacellum: ibi angiportum propter est.
D. Quonam? S. vbi etiam capricius magna est, nostin? D. novi. S. hac pergito:
D. Ia quidem angiportum non est pervium. S. verum hercle: vah
o *Censen hominem me esse? erravi: in porticum rursum redi.*
Sane hac multo propius ibis: & minor est erratio.
p *Scin Cratini huius ditis aedes? D. scio. S. vbi eas praeterieris,*
Ad sinistram hac recta platea: vbi ad Dianae venceris,
Ito ad dextram, prius quam ad portum venias: apud ipsum lacum
Est pistilla, & ex adversum est fabrica: ibi est. D. quid ibi facit?
S. Lectulos in solc iligneis pedibus faciundos dedit,
Vbi potetis vos. D. q *Sane bene sed cesso ad eum pergere?*
S. I sane, ego te exercebo hodie, vt dignus es filiocrnium:
Aeschinus odiose cessat: prandium corrumpitur:
Ctesipho autem in amore est totus: ego iam prospiciam mihi.
Nam iam adibo, atque vnum quicque, quod quidem erit bellissimum,
Carpam, & cyathos sorbillans, paullatim hunc producam diem.

n Perplexa descriptio.

o Callide mendacium simulando errorem palliat.

p Alia loci descriptio.

q Ironicbs.

Moralis expositio.

Seruorum animus nihil integrum, nihil sanum in se habet.

Optimi quique à pessimis seruis fallun-tur.

Natura vsu venit, vt quo sint ingenia viliora abiectioraque, hoc magis in omnem improbitatem & impudentiam proclivia.

ACT. IV. SCEN. II.

The Argument.

Demea complaineth, for that he hath not found his brother: the same is mocked of Syrus, describing vnto him the place where his brother should be.

DEMEA, CTESIPHO, SYRVS.

Phædria Lenonem orat, vt venditam militi Pamphilam, non tam cito abducendam tradat: se intra triduum nummos adnumeraturum, quos pro illius redemptione sit pollicitus.

PHEDRIA, DORIO, ANTIPHO, GETA.

a Hic omisso Antiphone, producitur alter adolescens in scenã, vt augeãtur turbæ.

b Iterum ad attentionem recurrit.

c Propositio obliqua petitionis, vt triduum expectaret.

d Ab vtili, à iucundo per asseuerationem & obtestationem.

e Durum scula blãditio ab honesto

f Secunda aposiopesis. plura dicturus erat nisi interpellasset leno.

D. *Orio* [a] *audi obsecro.* D. *non audio.* P. *parumper.* D. *quin omitte me.* P. *Audi quid dicam.* D. *at enim tædet iam audire eadem millies.*
P. [b] *At nunc dicam, quod libenter audias* D. *loquere, audio,*
P. [c] *Nequeo te exorare, vt maneas triduum hoc? quo nunc abis?*
D. *Mirabar, si tu mihi quicquam afferres noui.* A. *hei, metuo*
Lenonem, ne quid suo suat capiti. G. *idem ego metuo.*
P. *Non mihi credis?* D. *hariolare.* P. *sin fidem do.* D. *fabulæ.*
D. *Fæneratum istuc beneficium tibi pulchre dices.* D. *Logi.*
P. [d] *Crede mihi gaudebis facto: verum hercle hoc est:* D *somnium.*
P. *Experire, non est longum.* D. *cantilenam eandem canis.*
P. [e] *Tu mihi cognatus, tu parens, tu amicus,* [f] *tu.* D. *garris modo.*
P. *Adeone ingenio te esse duro, atque inexorabili,*
Vt neque miserecordia, neque precibus molliri queas?
D. *Adeone te esse incogitantem atque impudentem Phædria,*
Vt phaleratis dictis ducas me, & meam ducies gratis?
A. *Miseritum est.* P. *hei, verbis vincor.* G. *quam vterque est similis sui?*
P. *Neque Antipho alia cum occupatus esset solicitudine,*
Tum hoc esse mihi obiectum malum? A. *ab quid isthuc autem est Phædria?*
P. *O fortunatissime Antipho.* A. *egone?* P. *cui quod amas, domi est:*
Nec cum huiusmodi vnquam vsus venit vt conflictares malo.
A. *Mihi ne domi est? imo, quod aiunt, auribus teneo lupum.*

Nam

Nam neque quo amittam à me inuenio, neque vti retineam, scio.
D. Ipsum isthuc mihi in hoc est. A. g *eia ne parum leno sies,*
Num quid hic confecit? P. hiccine? quos homo inhumanissimus?
Pamphilam meam vendidit. G. h *quid? vendidit? A. ain vendidit?*
P. Vendidit. D. quam indignum facinus, ancilla ære emptam suo.
P. Nequeo exorare vt maneat, & cum illo vt mutet fidem.
Triduum hoc dum id quod est promissum ab amiciis, argentum affero.
Si non tum dedero, vnam præterea horam ne oppertus sies.
D. Obtundis. A. haud longum id est quod orat Dorio, exoret sine.
Idem hoc tibi quod bene promeritus fueris conduplicauerit.
D. Verba isthæc sunt. A. Pamphilam ne hac vrbe priuari sines?
Tum præterea horum amorem distrahi poterin pati?
D. Neque egō, neque tu. G. dij tibi omnes id quod est dignum, duint.
D. Ego te complures aduorsum ingenium meum menses tuli,
Pollicitantem, & nihil fercutem, flentem: nunc contra hæc omnia,
Reppeti qui det neque lachrumet, da locum melioribus.
A. Certe hercle si satis commemini, tibi quidem solum est dies,
Quam ad dares, huic præstituta. P. factum. D. num ego isthuc nego?
A. Iamne ea prætery? D. non, verum ei hæc antecessit. A. non pudet
Vanitatis? minime, dum ob rem. G. sterquilinium. P. Dorio.
Itane tandem facere oportet? D. sic sum: si placeo, vtere.
A. Siccine hunc decipis? D. immo enimvero Antipho hic me decipit.
Nam hic me huiusmodi scibat esse: ego hunc esse aliter credidi.
Is me fefellit: ego isti nihilo sum aliter, ac fui.
Sed vtut hæc sunt, tamen hoc faciam; cras mane argentum mihi
Miles se dare dixit: si mihi prior tu attuleris Phædria,
Ita lege vtar, vt potior sit qui prior ad dandum est. Vale.

g Ironica correctio. eclipsis, deest vereris patri, ita probus.
h indignatio.
i Diluit admirationem ab æquo, quia suam suo ære emptam vendit.
k Redit ad aliā expostulationem quod sit inexorabilis vtriduum expectet.

Moralis expositio.

Lenonum quanta sit improbitas & impietas, qui præ lucro turpi omnem humanæ vitæ societatem contemnunt & aspernantur, exprimitur hac scæna.

ACT. III. SCEN. II.

The Argument.

Phædria requests the Baud that he would not deliuer Pamphila to be so quickly had away, which hee had solde to a Souldier, for he will tell him him the money in his hand within three daies, which he promised to pay for to redeem her.

Phedria, Dorio, Antipha, Geta.

DOrio I pray thee harke.
D. I will not hearken.
P. A little while.
D. Nay let me alone.
P. Heare what I will say.
D. But it irketh me to heare now things a thousand times told me.
P. But now I wil say that thou shalt like to heare.

D. Then say on, I heare.

P. Can I not obtaine this by intreatie to stay this three daies? whither goe you now?

D. I wondred that you should tell me any nouelty.

P. Alas I feare the baud least hee make a rod for his owne taile.

G. And I feare the same.

D. Dost thou not beleeue me?

G. Geese.

P. But if I promise of my fidelity.

D. All will be but tales.

P. You shalt say your selfe, that you are well recompenced for this benefite.

D Words.

P. Beleeue me you will reioyce when it is done, verily this is true.

D. A dreame.

P. Try, the time is not long.

D. You sing all one song.

P. You shall be my cosen, my father, my friend, you.

D. Now you tattle.

P What will you shew your selfe to bee of so hard a nature, and so vntreatable, as that you can be appeased neither by pitty nor by prayer?

D. And *Phedria*, thinkest thou mee to bee so vndiscreete and foolish that thou canst deceiue me with gaudy tearmes, & so lead mine away for nothing?

A. The bawd takes pitty vpon Phedria.

P. Alasse, I am troden downe with the truth.

G. Oh, how very like is either party to himselfe?

P. Oh, how could I wish that this euill had not beene set against me, when Antipho should be occupied in a more serious matter of great care? for then he would haue helped me.

A. Oh what is this my deare Phedria?

P. O most fortunate Antipho.

A. What I?

P. Thou hast that at home thou loueſt, nor euer hast had need to bee with such a bad fellow.

A. Haue I her at home? verily as men say I hold the wolfe by the eares, for I cannot finde a deuice how I may send her away, neither know I how to keepe her.

D. My case is euen the very same.

A. Wel go to, be not to cheap a baude: hath this man done any thing for thee?

P. What this? for that he is a most churlish fellow: he hath sold my *Pamphila*.

G. What hath he sold her?

A. What saist thou, hath he sold her?

P. He hath sold her.

G. What foule fault hath he committed to sell her, whom he bought with his owne mony?

P. And I cannot intreat him that shee may stay, and to alter his word with him, but this three daies: till I fetch that money which I promised from my friendes, if then I shall not giue it him, that he then should not stay one hower longer.

D. Thou deafest me.

A. It is not a long time he asketh of you *Dorio*, let him obtaine his request: and he shall double requite that, which you shall well deserue.

D. These are but words.

A. Will you suffer *Pamphila* to be depriued of this citty, and shall you be able to permit besides the loue of these to bee puld in sunder?

G. God send thee as good as thou deseruest.

D. I haue suffered the contrary to my nature these many months, promising, lamenting, but bringing nothing: now contrary to these, I haue found out one that is able to giue, & need no tto mourne for want: giue therfore place to your betters.

A. In very deede, if I well remember, there was a day set downe on which you should haue giuen to this man money.

P. It was so.

D. Doe I deny this?

A. What,

A. What, is that day past?
D. No, but this day is come before it.
A. Art thou not ashamed of thy lightnes?
D. No, as long as I doe it for my profit.
G. O thou dunghill fluo.
P. I pray you is it meete to do so Dorio?
D. This is my quality, if I like you, vse me.
A. Dost thou so deceiue this man?
D. Nay rather indeede Antipho hee hath deceiued me: for he knew that I was such a one, but I took him to be another manner of man: he hath beguiled mee; I am to him the same that I was: but howsoeuer the matter stands, yet this will I doe; to morrow morning the souldier, saide he, would giue mee my money: if thou wilt Phedria bring me it before: I will do as I see good, he shall speede first, that paies first.

Sententiæ.

Non facile inueniet argentum, cui nihilo minus est.
Aequum est beneficiũ beneficio reddere.
Stulti amatores amicam vbiq; sectantur.

ACT. III. SCEN. III.

Argumentum.

Antipho Getam monet, vt argentum inueniat, quod detur lenoni a Phædria.

PHEDRIA, ANTIPHO, GETA.

[a] *QVid faciam? vnde ego nunc tam subito huic argentum inueniã miser,*
[b] *Cui minus nihilo est? quod si hic potuisset nunc exorarier*
Triduum hoc, promissum fuerat. A. ita ne hunc patiemur Getæ
Fieri miserum, [c] qui me dudum, vt dixti, adiuuerit comiter?
Quin cum opus est, beneficium rursum ei experiamur reddere?
G. Scio equidem hos esse æquum. A. [d] age ergo, solus seruare hunc potes.
G. Quid faciam? A. inuenias argentum. G. cupio: sed id vnde, edoce.
A. Pater adest hic. G. scio. sed quid tum? A. ah, dictum sapienti sat est.
G. Ita ne? A. ita. G. sane hercle pulchre suades: etiam tu hinc abis?
Non triumpho, ex tuis nuptijs si nihil nanciscor mali,
Ni etiam nunc me huius causa quærere in malo iubeas crucem?
A. Verum hic dicit. P. quid? ego vobis Geta alienus sum? G. haud puto.
Sed [e] parum hoc est, quod omnibus nunc nobis succensct senex,
Ni insti genus etiam, vt nullus locus relinquatur preci?
P. Alius ab oculis meis illam in ignotum hinc abducet locum? hem:
Dum igitur diem licet, dumque adsum, loquimini mecum Antipho,
Contemplamini me. A. quamobrem? aut quid nam facturus? credo.
P. Quoquo hinc asportabitur terrarum, certum est persequi,
Aut perire. G. Dij bene vortant quod agas: pedetentim tamen.
A. Vide si quid opis potes afferre huic. G. si quid, quid? A. quære obsecro,
Ne quid plus minusve faxit, quod nos post pigeat Geta.
G. quæro: saluos est, vt opinor: verum enim metuo malum.
A. Noli metuere: vna tecum bona malaque tolerabimus.
G. [f] Quantum opus est tibi argenti? loquere. P. solæ triginta minæ.

a Consultatio de pecunia. Phædri; æ solicitudo.
b Confirmatio ab impossibili per hyperbolicã extenuationem.
c Ab æquo
d A facili seu possibili.
e Querela ab indigno & mox gravioris mali denuntiatio ad impellendum Getam.
f ἀντεισαγωγὴ de argento.

G. Triginta? hui, percara est Phædria. P. Hæc vero vilis est.
G. Age, age, inuentas reddam. P. ô lepidum caput.
G. Aufer te hinc. P. iam opus est. G iam feres:
Sed opus est mihi Phormionem ad hanc rem adiutorem dari.
A. Præsto est: audacissimè oneris quidluis impone, & feret:
Solus est homo amico amicus. G. eamus ergò ad eum ocyus.
P. abi, dic præsto vt sit domi.
A. Nunquid est, quod opera mea vobis opus sit? G. nihil: verum abi domum,
Et illam miseram, quam ego nunc intus scio esse exanimatam metu,
Consolare: cessas? A, nihil est æque quod faciam lubens.
P. Qua via isthuc facies? G. dicam in itinere: modo te hinc amoue.

Moralis expositio.

Adolescentium amicitias quæ in studiis illius ætatis vtilitatis gratia tantummodo coalescunt, designat scena hæc.

ACT. III. SCEN. III.

The Argument.

Antipho warneth Geta to seeke out the mony which Phedria should giue to the Baud.

PHEDRIA. ANTIPHO. GETA.

WHat should I doe? where should I, poore wretch, of a suddaine finde out money for this fellow, that haue somewhat lesse then nothing? but if hee could be intreated for this three daies, as promise was.

A. What Geta, shall we suffer this our friend Phedria to be in so pitifull a case, who of late, as thou toldst me, willinglie hath holpen me? rather since necessitie requireth, let vs assay againe to requite him.

G. I know verily this is but right you say.

A. Goe to then, for thou alone art able to saue him.

G. What should I do?

A. Get him the mony.

G. I wish that I could: but instruct me where I may fetch it?

A. My father dwels hereby.

G. I know that: but what then?

A. Ha, a word to a wise man is enough.

G. Is it euen so?

A. Euen so.

G. In good sooth you giue mee good counsell. And goe you hence? I reioyce not of your marrying, if I come by no harme; but that in this trouble you must commaund me to seeke my death for this mans cause?

A. He speakes truth.

P. What? am I, Geta, a stranger to you?

G. I doe not so thinke: but is it a small matter that the old man bee angrie now with vs all, but that also wee should prouoke him on still, that so he may now no way be intreated?

P. Shall another haue her away from hence into an vnknowne country, where I shall neuer see her againe? Hoe, therefore whilst this small time serues, and I am present, speake with mee Antipho, looke on me.

A. Why: or tell me, what are you about to do?

P. I am fully determined to follow her, to what place soeuer in the earth she shall be carried, or else to loose my life.

G. God prosper that you are about to do: yet be not ouer hasty.

A. See if thou canst doe him any good.

G. Any? what?

A. Deuise some counsell I pray thee, least hee should doe either more or lesse, that hereafter may grieue vs Geta.

G. I deuise a way, hee is in safety as I thinke, but I feare some euill.

A. Feare not: for we will beare good & euill together with thee.

G. How much mony need you: speake.

A. But thirty pounds.

G. Thirty? whow, ô Phedria shee is a very deare peece.

A. Nay, but she is very cheape.

G. Go to, go to, I will deliuer it when I haue gotten them.

P. O merry mate.

G. Get you hence.

P. Now haue I need.

G. You shall euen now carry the money, but I stand in neede of Phormioes helpe about this matter.

A. Hee is at hand: bee very bold to lay on him any burthen, he will beare it. He is the onely man thats a friend to his friend.

G. Let vs therefore goe to him quickly.

P. Go your way, will him to be at hand in readinesse.

A. Stand you in any neede of my helpe?

G. No: but go you your way home, and comfort that poore soule whom I know now to be within astonished for very fear. Do you loyter?

A. There is nothing that I can doe so willing.

P. What way will you do this thing?

G. I will tell you in our iourney: onely get you from hence by aside.

Sententiæ.

Maturius collocandæ sunt filiæ nubiles, Senectus ipsa morbus est.

Inter amicos fideles omnia sunt patefacienda etiam arcana.

Mariti infideles vxores suas timere coguntur, male enim sibi conscii sunt.

ACT. IV. SCEN. I.

Argumentum.

Demipho & Chremes colloquuntur, ambo natu grandes, narrat hic illi cur diutius in Lemno hæserit: fit & mentio nuptiarum Antiphonis.

DEMIPHO, CHREMES.

a QVid? qua profectus causa hinc es Lemnum Chremes?
Addnxti ne tecum filia? C. non. D quid ita non?
C.b Postquam videt me eius mater hic esse diutius,
Simul autem non manebat ætas virginis
Meam negligentiam: ipsam cum omni familia
Ad me profectam esse dicebant. D. quid illic tandiu
Quæso igitur commorabare, vbi id audiueras?
C. Pol me detinuit morbus. D. vnde? aut qui? C. rogas?
Senectus ipsa est morbus: sed venisse eas
Saluas audiui ex nauta, qui illas vexerat.
D. Quid gnato obtigerit me absente, audistine Chremes?

a Hæc est narratio simplex.
b ἐξήγησις est. narrat qua occasione Phanium Athenas venerit, & cur ipse diutius in Lemno sit moratus.

C. Quod quidem me factum consily incertum facit:
Nam hanc conditionem si cui tulero extrario,
Quo pacto, aut vnde mihi sit, dicendum ordine est.
Te mihi fidelem esse æque, atque egomet sum mihi,
Scibam: ille si me alienus affinem volet,
Tacebit, dum intercedet familiaritas:
Sin spreuerit me, plus quam opus est scito, sciet.
Vereorque, ne vxor aliqua hoc resciscat mea.
Quod si sit, vti me excutiam, atque egrediar domo,
Id restat: nam ego meorum solus sum meus.
D. Scio ita esse, & isthæc mihi res sollicitudini est:
Neque defetiscar vnquam ego experirier,
Donec tibi id, quod pollicitus sum effecero.

Moralis expositio.

Vt in superiori solicitos adolescentium congressus & querelas explicuit, sic hic conuersationes & colloquia senum, qualia plerunque esse solent, ob oculos ponit.

ACT. IV. SCEN. I.

The Argument.

Demipho and Chremes talke together, both of good yeares, this man tels him why he tarried longer at Lemnum forth then he. Here also mention is made of Antiphoes marriage.

DEMIPHO, CHREMES.

WHat? wherefore went you, Chremes from hence to Lemnum: haue you brought with you your sonne?

C. No.

D. Why haue you not done so?

C. After his mother sees mee to tarrie longer heere then shee deemed I would, as also that the maid being marriageable staied not my negligent deferring of time, they said shee came with her whole famile to me.

D. Why then, I pray you, staied you there so long, after that you had heard that?

C. In truth sickness held me.

D. How came you by it: or what manner of disease was it?

C. Do you aske that? old age it selfe is a disease: but I haue heard of the mariner that brought them, that they ariued in safety.

D. Chremes haue you heard what hath happened to my sonne in my absence?

C. Yea, which deede verily makes me vncertaine what aduise is best to bee taken: for if I shall make this conditionall offer to a forrainer, I must tell in order, after what manner and whereupon it ariseth that she is my daughter: but I knew you to be as faithfull to me as my selfe, if that stranger will giue me his kinsman, he shall hold his peace, as long as wee are friends, but if he shall despise mee, I will you to wit, hee shall know more then is needfull: and I feare me, least some way my wife should know of this, which if it com to passe, its only my refuge to cast my selfe forth, and to go out of my house: for I am onely mine owne of mine owne.

D. I know it to be so: & this matter is a trouble

trouble to mee: neither will I ceaſe to make a triall vntill I haue brought that about for you which haue promiſed.

Sententiæ.

Serui votis ſui compotes mire ſibi applaudunt.

Serui ſæpe ſui ſimiles heros ſuos fallẽdo.

ACT. IV. SCEN. II.

Argumentum.

Tota hæc ſcena eſt Getæ exultantis duos ſibi ſenes offerri, quos fallere poſſit.

GETA.

EGo hominem callidiorem vidi neminem,
Quam Phormionem. venio ad hominem vt dicerem
Argento opus eſſe, & id quo pacto fieret.
Vix dum dimidium dixeram, intellexerat.
Gaudebat: me laudabat: quærebat ſenem:
Diis gratias agebat, tempus ſibi dari,
Vbi Phædriæ ſe oſtenderet nihilo minus
Amicum eſſe, quam Antiphoni. hominem ad forum
Inſſi opperiri: eo me eſſe adducturum ſenem.
[a] *Sed eccum ipſum, quis eſt vlterior? at at Phædriæ*
Pater venit: [b] *ſed quid pertimui autem bellua:*
An quia, quod fallam, pro vno duo ſunt mihi dati:
Commodius eſſe opinor duplici ſpe vtier.
Petam hinc, vnde à primo inſtitui: is ſi dat ſat eſt.
Si ab hoc nihil fiat, tum hunc adorior hoſpitem.

a Paraſceue ad ſequentem ſcenam.

b Correptio reſipiſcentis.

Moralis expoſitio.

Improborum hominum expedita conſilia in fallendis & circumſcribendis probis, detegit ſcena iſta.

ACTVS IV. SCENA II.

The Argument.

All this ſcene is of Getaes great reioycing to meete with the olde men, whome he can eaſily beguile.

GETA.

I Neuer knew a craftier fellow thẽ Phormio: I come to the fellow to tell him that we ſtand in need of money, and how wee may get it: but before I had ended halfe my tale, hee vnderſtood the whole. He was glad, hee commended mee: hee ſought out the olde man, and thanked God, that occaſion was offered whereby he might ſhew himſelf a friend as well to Phedria as Antipho. I willed the fellow to ſtay for mee at the market place, for thither, I ſaid I would bring the old man. But ſee ye him, who is the other beyond him? Ah ha Phedrias father is come. But why feared I him, beaſt that I am? for that two are offered to mee, that I may deceiue them in ſtead of one? I thinke it to bee more profitable to vſe a double hope. I

will

wil aske of this, of whom I purposed from the beginning: its sufficient if he giue: if nothing can be done of this, then I will set vpon the stranger.

Sententiæ.

Servi astutissimi heros suos fallunt.
Credulitas sæpe obest.

ACT. IV. SCEN. III.

Argumentum.

Geta cudit argentum Phædriæ.

Antipho, Geta, Chremes, Demipho.

a Hic secum loquitur, metuens divortium. Hic est occasio præsentis Antiphonis.

a EXpecto, quam mox recipiat huc sese Geta.
Sed patruum cum patre video astante: hei mihi,
Quam timeo, aduentus huius quo impellat patrem.
G. Adibo hosce. b ô noster Chremes. C. salve Geta.
G. Venire salvum, volupe est. C. credo. G. quid agitur?
C. Mulia aduenienti, vt fit, noua hic compluria.
G. c Ita: de Antiphone audistin quæ facta? C. omnia.
G. Tun dixeras huic? facinus indignum Chreme?
Sis circumiri? D. cum hoc id agebam commodum?
G. Nam hercle ego quoq; id quidem mecum d agitans sedulo,
Inveni opinor, remedium huic rei. D. quid Geta?
Quod remedium? G. e vt abij abs te, fit forte obviam
Mihi Phormio. C. qui Phormio? G. is, qui istam. C. scio.
G. Visum est mihi, vt eius tentarem sententiam:
Prehendo hominem solum: f Cur non inquam, Phormio,
Vides, inter vos sic hæc potius cum bona
Vt componantur gratia, quam cum mala?
Herus liberalis est, & fugitans litium:
Nam cæteri quidem hercle amici omnes modo
Vno ore authores fuere, vt præcipitem hanc daret.
A. g Quid hic cæptat: aut quo evadet hodie? G. an legibus
Daturum pœnas dices, si illam ciecerit?
Jam id exploratum est: eia h sudabis satis,
Si cum illo incæptas hominc: ea eloquentia est.
Verùm pone esse victum eum: at tandem tamen
Non capitis eius res agitur, sed pecuniæ.
Postquam hominem his verbis sentio molliricr,
Soli sumus nunc, inquam, eho dic, quid velis dari
Tibi in manum, vt herus his desistat litibus:
Hæc hinc facessat, tu molestius ne sies.
A. Satin' illi dy sunt propity? G. Nam sat scio,
Si tu aliquam partem æqui, bonique dixeris,
Vt ille est bonus vir, tria non commutabitis
Verba hodie inter vos. D. quis te isthæc iussit loqui?

b Captat benevolentiam salutatione.

c Viam ad epitasin facit, simul etiam cupit argentum Phædriæ.

d Attentio.

e Narratio ad fallendum senem.

f Prosopopœia callide fingentis se sedulo egisse cum Phormione & totum principium comparatum est ad benevolentiam, vt facilius obtineat quod intendit.

g Hæc Antipho secum pavibundus loquitur.

h Occupatio & mox solutio à persona. Metaphora.

C. Imo

C. Imo non potuit melius perucnirier
Eo, quo volumus. A. occidi. C. perge eloqui.
G. At primo homo insanibat. C. cedo quid postulat?
G. Quid? nimium: quantum libuit, C. dic. G. si quis daret
Talentum magnum. C. imo malum hercle: vt nihil pudet?
G. Quod dixi adeo ei: quæso, quid si filiam
Suam vnicam locaret? parui retulit
Non suscepisse: inuenta est, quæ dotem petat.
Vt ad pauca redeam, ac mittam illius ineptias:
Hæc denique eius fuit postrema oratio:
Ego, i *inquit, iam à principio amici filiam,*
k *Ita vt æquom fuerat, volui vxorem ducere:*
Nam mihi veniebat in mentem eius incommodum,
In seruitutem pauperem ad ditem dari:
l *Sed mihi opus erat, vt aperte tibi nunc fabuler,*
Aliquantulum quæ afferret, qui dissoluerem
Quæ debeo: & etiam nunc, si volt Demiphò
Dare, quantum ab hac accipio, quæ sponsa est mihi,
Nullum mihi malim, quam istanc vxorem dari.
A. Vtrum stultitia facere ego hunc, an malitia
Dicam, scientem, an imprudentem, incertus sum.
D. Quid si animam debet? G. ager oppositus est pignori
Ob decem minas, inquit. D. age, age, iam ducat, dabo.
G. AEdiculæ item sunt ob decem alias. D. hei hui,
Nimium est. C. ne clama, petito hasce à me decem.
G. Vxori emunda ancillula est: tum autem plusculæ
Supellectile opus est: opus est sumptu ad nuptias:
His rebus pone sane, inquit, decem minas.
D. Sexcentas perinde potius scribito iam mihi dicas:
Nihil do: impuratus me ille vt etiam irrideat?
C. Quæso, ego dabo, quiesce: tu modo filius
Fac vt illam ducat, nos quam volumus. A. hei mihi
Geta, occidisti me tuis fallacijs.
C. Mea caussa eÿcitur: me hoc æquum est amittere.
G. Quantum potes me certiorem, inquit, face:
Si illam dant, hanc vt omittam, ne incertus siem:
Nam illi mihi dotem iam constituerunt dare:
C. Iam accipiet: illis repudium renuncict:
Hanc ducat. D. quæ quidem illi res vortat male.
C. Opportune adeo nunc argentum mecum attuli,
Fructum, quem Lemni vxoris reddunt prædia:
Id sumam: vxori, tibi opus esse, dixero.

i Responsum & petitio Phormionis per mimesin.
k Honesta oratio.
l A necessitate dissolvendi æs alienum.

Moralis expositio.

Dolosi hominis & callidi simulatoris qui mendaciis & dolis rem suam agit, perfidiam, malitiam, improbitatem hæc scena docet.

ACT.

ACT. IV. SCEN. III.

The Argument.

Geta coyneth money for Phedria.

Antipho. Geta. Chremes. Demipho.

I Looke that Geta returne hither out of hand. But I see my vncle and my father standing together: woe is me, what feare am I in, to consider whither this mans comming may driue my father?

G. I will goe to these men, ô our friend Chremes, God saue you.

C. God saue thee Geta.

G. I take ioy to see you come safe home.

C. I beleeue thee.

G. Whats done?

C. Many new matters heere haue happened to me comming home, as it is vsuall with me.

G. What, haue you heard of Antipho, what he hath done?

C. I haue heard all.

G. Had you tolde him Demipho? ô Chremes, its an vnworthie prancke to bee thus cousened.

D. I talked cõmodiously about it with this my brother continually.

G. For inddede I beating my head about it, haue, as I thinke, found a remedie for this matter.

D. Whats that Geta? what remedie is that?

G. As I went from you, by chance Phormio met me.

C. What Phormio?

G. He who thrust this vpon vs.

C. I know him.

G. I thought good to trie his minde, I catched the fellow alone; Phormio say I, why doe you not looke that these things may bee agreed vpon betwixt vs, if they may rather with fauour, then i'l will? my master is faint-hearted, and eschewth strife in the law, for in good sooth ere while all the rest of our friends perswaded him with one consent, to cast her downe headlong out of the bride-chamber.

A. What doth this fellow begin, or whither will he now?

G. Wilt thou say, that the law shall punish him, if he cast her out? thats now already perfectly knowne. Ha ah, thou shalt haue enough to doe, if thou begin he with that fellow, hee hath so smooth a tongue. But suppose that he be ouercome: yet neuerlesse, his matter in question is not of life and death, but of money: because I perceiue the fellow to bee somewhat appeased with these speeches; we are now I say heere alone, Hah, tel me, what wouldst thou aske in hand that thy master should giue ouer his sutes? let her goe her way hence, and do not thou trouble vs.

A. Are not the gods fauourable enough vnto vs?

G. For I know well enough, if you will speake any point of right and reason, hee is so good a man, that there shall not be any falling out betwixt vs to day.

D. Who hath willed you to speake these things?

C. Verily we could no better way come thither whither we would otherwise.

A. I am vtterly vndone.

C. Tell on thy tale.

G. But at the first the fellow began to be wood.

C. Tell me, what doth he demaund?

G. What, too much, euen as much as he list.

C. Say.

G. If any would giue fourscore pounds.

C. Nay

C. Nay rather in good ſooth if any would doe him any euill turne: how is it that he is not aſhamed to aske ſo much?

G. Verily ſo I tolde him that, I pray you, what and if he would marrie his onely daughter? it is little profit not to haue begotten, for another is found that can demaund a dourie: but that I may ſhorten my talke, & let theſe toies go, this to conclude, was his laſt ſpeech. I ſaith hee, from the beginning haue deſired to take my friends daughter to wife, as it was meete: for I did thinke of that diſcommoditie, that a poore maide married to a rich man, ſhould bee but a very drudge; but I ſtood in neede of ſuch a wife (that I may ſpeake plainely to thee) as might diſcharge that I owe. And therefore now if Demipho be minded to giue ſo much, as I receiue of this woman which is betroathed to mee, I would marrie this ſooner then any.

A. I know not whether I ſhould ſay this fellow doth theſe through mallice or ſuttlety, or whether of knowledge or ignorance, I am not ſure.

D. What if he owe his life?

G. His ground he hath morgaged out for tenne pounds.

D. Goe to, goe to, let him marrie her, I will giue it him.

G. Certaine little cottages alſo are in pawne for other ten.

D. Out alas, its too much.

C. Crie not out; fetch theſe ten of me.

G. Hee muſt buy a maide for his wife: and thē he ſtands in need of a little more houſholde good: and he wants money to lay out for the marriage, ſuppoſe, ſaith he, for theſe things ten pounds.

D. Let him for this thing rather enter ſixe hundreth actions againſt mee; I will not giue him a penny: how dare the naughtie knaue mocke me?

C. I pray you be content, I will giue it: make you onely your ſonne to marrie her whome we would haue him.

A. Woe is me Geta, thou haſt vndone me vtterly by theſe deceites.

C. For my ſake is ſhee caſt out', its meete that I loſe the money.

G. Let mee vnderſtand, their mindes ſaith hee, as ſoone as you can, if they will giue me her, that I may let this alone, leſt I ſtay in an vncertaintie: for they haue determined euen now to giue me a dourie with this.

C. Hee ſhall receiue it euen now: let him ſignifie backe againe to them the diuorcement, and let him marrie this.

D. Truly I pray God hee neuer thriue with it.

C. Very fitly now haue I brought money with mee, the fruit which my wifes grounds yeeld me at *Lemnum*: I will take that, and will tell my wife that you ſtand in neede of it.

Sententiæ.

Serui plurimum rem tranquillam, turbulentiſſimam reddunt.

Irridentur ſuperſtitioſi diuinatores & hariolı.

ACT. IV. SCEN. IV.

Argumentum.

Obiurgat Antipho Getam, cuius opera ſe in periculum veniſſe putat, ne extrudatur coniux; idem ab eodem placatur.

ANTIPHO.

ANTIPHO. GETA.

Epitasis, nam in periculum venit Antipho ne extrudatur cõiux.

GET A. G. hem. A. quid egisti? G. emunxi argento senex.
A. Satin id est. G. nescio hercle: tantum iussus sum.
A. Eho verbero, aliud mihi respondes, ac rogo?
G. Quid rogo narras? A. quid ego narrem: opera tua
Ad restim mihi quidem res rediit planissime:
Vt te quidem omnes dy, deæque, superi, inferi
Malis exemplis perdant: hem, si quid velis,
Huic mandes, quod quidem recte curatum velis,
Qui te ad scopulum è tranquillo inferat.
Quid minus vtile fuit, quam hoc vlcus tangere,
Aut nominare vxorem? iniecta est spes patri
Posse illam extrudi. cedo, nunc porro Phormio
Dotem si accipiet, vxor ducenda est domum:
Quid fiet? G. non enim ducet. A. noui: cæterum
Cum argentum repetent, nostra causa scilicet
In neruom potius ibit. G. Nihil est Antipho,
Quin male narrando possit deprauarier.
Tu id quod boni est, excerpis: dicis quod mali est.
Audi nunc contra: iam si argentum acceperit,
Ducenda est vxor, vt ais: concedo tibi:
Spatium quidem tandem apparandis nuptijs,
Vocandi, sacrificandi dabitur paululum:
Interea amici, quod polliciti sunt, argentum dabunt.
Id istis reddet. A. quamobrem? aut quid dicet? G. rogas?
Quot res post illa monstra euenerunt mihi?
Introijt in ædes ater alienus canis,
Anguis per impluvium decidit de tegulis,
Gallina recinit: interdixit ariolus:
Aruspex vetuit ante brumam aliquid noui
Negoty incipere; quæ causa est iustissima.
Hæc fient. A. vt modo fiant. G. fient; me vide.
b Pater exit; abi, dic esse argentum Phædriæ.

b Parasceue ad sequentem scenam.

Moralis expositio.

Hariolos & haruspices, qui ex rebus contingentibus aliquid recti & constituti constituunt, deridet hæc scena.

ACT. IV. SCEN. IV.

The Argument.

Antipho chideth Geta, by whose endeauour hee thinkes hee came in danger, lest his wife should be thrust out from him, but the same man is pleased by the same.

ANTIPHO.

ANTIPHO. GETA.

GEta.

G. Ho.

A. What haſt thou done?

G. I haue wiped the olde mens noſes of the money.

A. Is that enough?

G. Verily I know not, thus much I was bid doe.

A. Thou knaue, doeſt thou anſwer mee another thing then I doe aske?

A. What then ſhould I tell thee? by thy meanes I am come to this ſtate that I may goe hang my ſelfe, and verily, I pray and wiſh all the Gods, Goddeſſes aboue and belowe, that an euill end may light vpon thee for example to others. Hoe, if they would haue any thing done, commit it to this fellow, who can bring thee out of ſafetie, into danger. What was leſſe commodious, then to touch this ſore, or to name a wife? my father is in hope that ſhee may be thruſt out. Tell me now beſides if Phormio ſhall receiue the dourie, he muſt marrie his wife home. What ſhall be done?

G. He ſhall not marrie her.

A. I know: but when they ſhall fetch backe againe the money, verily for my ſake he ſhall the rather go into the gaole.

G. There is nothing Antipho, but it may bee corrupted by wrong telling, you take out the beſt, and ſpeake the worſt. Now heare mee on the other ſide: if now hee ſhall receiue the money, he muſt be married, as you ſay: I grant it you: yet I pray you there will bee a little time giuen for preparing the marriage, to call friends to it, and to ſacrifice: yea whilſt theſe things are a doing, Phedriaes friends will giue the money they haue promiſed, thereupon ſhall he reſtore it to thoſe.

A. Wherefore? or what ſhall he ſay?

G. Doe you aske? how many things after thoſe monſters happened to mee: a ſtrange black dogge went into the houſe: a ſnake fell from the tyles through the water gutter: a hen crew: the wizzard hath interdicted it, the witch hath forbidden before winter to begin any new buſineſſe: which is a very good excuſe: theſe things ſhall be done.

A. Would to God they were done now.

G. They ſhall bee done. Looke mee in the face. Your father comes forth: away, tell Phedria that I haue money for him.

Sententiæ.

Prudẽtia, quæ in loco nõ eſt, ſtultitia eſt.

Serui ſubinde illudunt ſuis heris.

Puellæ voluntas etiam ad nuptias requirenda eſt.

In recte facto etiam famæ publicæ habenda eſt ratio.

Mulier mulieri magis congruit.

ACT. IV. SCEN. V.

The Argument.

Colloquuntur ſenes de tradendo Phormioni argento, Chremes Demiphonem inſtigat, vt argentum ſolvere feſtinet.

DEMIPHO. GETA. CHREMES.

QVietus eſto inquam: ego curabo, ne quid verborum duint.
Hoc temere nunquam amittam ego a me, quin mihi teſtes adhibeam.
Cum dem, & quamobrem dem commemorabo:

G. Vt

G. Vt cautus eſt, vbi nil opus eſt.
C. Atque ita opus ſacto eſt: at matura, dum libido eadem hæc manet:
Nam ſi altera illa magis inſtabit, forſitan nos reyciat.
G. Rem ipſam putaſti. D. duc me ad eum ergo. G non moror C. vbi hoc egeris,
Tranſito ad vxo_em, vt conueniat hanc prius, quam hinc abeat:
Dicat eam dare nos Phormioni nuptum, ne ſuccenſeat:
Et magis eſſe illum idoneum, qui ipſi ſit familiarior:
Nos noſtro officio nihil egreſſos eſſe: quantum is voluerit,
Datum eſſe dotis. D. quid tua (malum) id refert? C. magni Demipho.
D. Non ſat tuum te officium feciſſe, ſi non id fama approbat?
C. Volo ipſius quoque voluntate hoc fieri, ne ſe eiectam prædicet.
D. Idem ego iſtuc facere poſſum. C. mulier mulieri magis congruet.
D. Rogabo C. vbi nunc illas ergo reperire poſſim, cogito.

Moralis expoſitio.

Nemini eſſe fidendum nec cuiquam quicquam credi aut perſolui debere ſine teſtibus, chirographis & aliis certis rationibus, docet hæc ſcena.

ACTVS IV. SCENA IV.

The Argument.

The old men talke together, about the deliuerie of the money to Phormio: Chremes ſets forward Demipho, that he would haſt to pay the money.

DEMIPHO. GETA. CHREMES.

BE quiet I ſay, I will ſee to it: leſt they ſhould deceiue me: I will neuer vnaduiſedly let this money goe from mee, but I will take witneſſe that I giue it, and will make rehearſall for what cauſe I doe giue it.

G. How warie is this man, where no neede is?

C. I, hee hath needee to doe ſo: but make haſt whilſt he is in the ſame minde: for he will peraduenture caſt vs off, if that other ſhall be more vrgent vpon him.

D. Thou haſt conſidered the matter as it is.

C. Then haue me to him,

G. With all ſpeede I can.

C. After thou haſt done this, goe ouer to my wife, that ſhe may talk with this before that he goe hence. Let him ſay that wee will giue her Phormio to marrie, will him that he ſhould be angrie: for that he is more meet for her, becauſe he himſelfe is better acquainted with her: and ſay that wee haue omitted no part of our duty, and that hee ſhall haue as great a dowrie giuen him, as he hath deſired.

D. What a vengeance haſt thou to doe with it?

C. It much concerneth me Demipho.

D. Ist not enough for you to haue done you duty, if praiſe approoue it not?

C. I deſire that this may bee done with his will alſo, leſt he ſhould report that ſhee was caſt out.

D. I my ſelfe can doe that.

C. A woman can agree better with a woman, then a man with a woman.

D. I will aske.

C. I muſe now where I may finde them.

Sententiæ.

Miſera eſt mulier anus amico & defenſore carens.
Egeſtas & orbitas ſæpe multa ſuadent.
Aegritudinem ſæpe mors conſequitur.
Res inſperata eueniens, lætitiam parit.

ACT.

ACT. V. SCEN. I.

Argumentum.

Hæc ſcena continet mutuam agnitionem Sophronæ nutricis & Chremetis. Chremes ex eadem nutrice diſcit, filiam ſuam Phanium nuptam eſſe Antiphoni: quæ res ingentem ei lætitiam affert: cauet item ne vxor hoc reſciſcat.

SOPHRONA. CHREMES.

Quid agam? quem mihi amicum inueniam miſera: aut cui conſilia
Hæc referam? aut vnde nunc mihi auxilium petam?
Nam vereor, hera ne ob meum ſuaſum indigne iniuria afficiatur:
Ita patrem adoleſcentis facta hæc tolerare audio violenter.
Ch. Nam quæ hæc eſt anus exanimata, à fratre quæ egreſſa eſt meo?
S. [b] *Quod vt facerem, egeſtas me impulit: cum ſcirem infirmas nuptias*
Haſce eſſe, vt id conſulerem, interea vita vt in tuto foret.
C. Certe edepol, niſi me animus fallit, aut parum oculi proſpiciunt,
Meæ nutricem gnatæ video. S. neque ille inueſtigatur. C. quid agam?
S. Qui eſt eius pater. C. adeone, an manco, dum ea quæ loquitur, magis cognoſco?
S. Quod ſi eum nunc reperire poſſim, nihil eſt, quod verear. C. ea eſt ipſa:
Colloquar. S. quis hic loquitur? C. Sophrona. S. & meum nomen nominat?
C. Reſpice ad me. S. Dij obſecro vos: cſine hic Stilpho? C. non. S. negas?
C. Concede hinc à foribus paululum iſtorſum ſodes Sophrona:
Ne me iſtoc poſthac nomine appellaſſis. S. quid? non is obſecro es,
Quem ſemper te eſſe dictitaſti? C. ſt. S. quid has metuis fores?
C. Concluſam hic habeo vxorem ſæuam: verum iſtoc de nomine
Eo perperam olim dixi, ne vos forte imprudentes foris
Effutiretis: atque id porro aliqua vxor mea reſciſceret.
S. Hem, iſtoc pol nos te hic inuenire miſeræ nunquam potuimus.
C. Ebo dic mihi, quid tibi rei eſt cum familia hac, vnde exis?
Aut vbi illæ ſunt? S. miſeram me. C. hem, quid eſt? viuuntne? S. vinit gnata:
Matrem ipſam ex ægritudine miſera mors conſequuta eſt.
C. Male factum. S. ego autem, quæ eſſem anus deſerta, egens, ignota,
Vt potui, virginem nuptum locaui hinc adoleſcenti,
Harum qui eſt dominus ædium C. Antiphoni ne? S. hem, iſti ipſi.
C. Quid? duaſne is vxores habet? S. hau obſecro, vnam quidem ille hanc ſolam.
C. Quid illa altera, quæ dicitur cognata? S. hæc ergo eſt. C. quid ais?
S. Compoſito eſt factum, quo modo hanc amans habere poſſet
Sine dote. C. Dij veſtram fidem, quam ſæpe forte temere
Euenunt, quæ non audeas optare? offendi aduenienſ,
Qui cum volebam, atque vt volebam, collocatam filiam:
Quod nos ambo opere maximo dabamus, vt fieret, operam,

[a] Hic occaſio cataſtrophes.

[b] Purgatio à neceſſitate. venialis ſtatus.

Sine noſtra cura maxima, ſua cura hæc ſola fecit.
S. Nunc quid facto eſt opus, vide: pater adoleſcentis venit.
Eumque animo iniquo hoc oppido ferre aiunt. C. nihil periclieſt.
Sed per deos atque homines, meam eſſe hanc, cave reſciſcat quiſquam.
S. Nemo ex me ſcibit. C. ſequere me: cætera intus audies.

Moralis expoſitio.

Quantum caſus & fortuna in vita mortalium polleant, quæ tamen plerumque vt natura in bonis dominantur, docet hæc ſcena.

ACT. V. SCEN. I.

The Argument.

This ſcene containeth Sophrona the nurſe, and Chremes acknowledging one of the other. Chremes learnes of the ſame nurſe, that Phany his daughter is married to Antipho: which thing greatly reioyceth him: who alſo taketh heede that his wife know it not.

SOPHRONA.

VVHat ſhould I doe? whome ſhall I finde to bee my friend poore caitiffe? or to whome ſhall I reueale theſe ſecrets? or whome ſhall I require to aide me? for I feare leſt my miſtreſſe ſhould be vniuſtly wronged through my perſwaſion: I heare that the young mans father ſuffers theſe things ſo violently, that are done ſo much againſt his minde?

C. What diſmaide olde woman is this, which comes out from my brothers?

S. Which pouertie compelled mee to doe, when I knew the vncertaintie of this marriage: and neceſſitie forced mee to giue that aduice, that her life might be in ſafety in the meane ſeaſon.

C. In truth except I bee deceiued, or my eyes be not mates, I ſee my daughters nurſe.

S. Neither is it ſought out for her.

C. What ſhould I doe?

S Who is her father.

C. Shall I goe to her, or ſtay, till I know the things better, which ſhee ſpeakes?

S. But if I may finde him, there is no cauſe why then I ſhould feare.

CHREMES.

C. Its euen ſhe, I will ſpeake with her.

S. Who is this that talketh?

C. Sophrona.

S. And telleth my name?

C. Looke towards me.

S. O ye gods: is this Stilpho?

C. No.

S. Doe ye denie it?

C. Come hither this way of good loue Sophrona, out of the doores a litle, call me not hereafter by this name.

C. What, I pray you are not you hee, whom you haue often told that you were?

C. Hiſt.

S. What, feare you theſe doores?

C. I haue here within a ſhrewd wife: but concerning this name, I haue ſpoken falſe in former times for that end, leſt peraduenture vndiſcreetly you ſhould blab it abroad, and that my wife beſides ſome way might come to the knowledge of it.

S. Alas, by this meanes poore caitifes could we neuer haue found you out here.

C. Hoe, tell mee, what haue you to doe with this familie, from whence thou commeſt? or where are they?

S. O

S. O poore wretch that I am.

C. Whats the matter? are they liuing?

S. Your daughter is aliue: but her mother, for griefe of minde, is departed.

C. It is vnluckily falne out.

S. And I that was an olde woman, forsaken, poore, and vnknowne, haue done what I haue bin able, and haue married the maide to this young man, which is the owner of this house.

C. What, to Antipho?

S. Ah ha, euen to this same.

C. What? hath he two wiues?

S. No more I pray you, hee hath no more but this one.

C. Whats that other, which is said to be his kinswoman?

S. This is shee.

C. What say you?

S. Its done of purpose, for otherwise they know not how this louer could haue her else, without a dourie.

C. O you faithfull gods, how often vnaduisedly fall they out, which a man dare not wish? comming hither, I haue found my daughter placed with him that I did wish, and as I desire. What we with great labour endeauoured to bring to passe, this woman, alone without our great care, hath done it.

S. Now see whats needfull to be done: the young mans father comes, who they say, takes this very impatiently.

C. Theres no danger: but for the loue of God and man, beware no man know it, that shee is mine.

S. None shall know it of me.

Follow mee: the rest you shall heare within.

Sententiæ.

Etiam senes auari dolent vbi exposuerunt pecuniam.

Mediocritas in dando tenenda.

Prauorum studia non sunt pecunia iuuanda.

Serui gaudent se dominos suos decepisse.

ACT. V. SCEN. II.

Argumentum.

Demipho seipsum excusat, quod dum auaritiæ maculam studet effugere, in stultitiæ reprehensionem inciderit: dolet enim Phormioni datum esse argentum.

DEMIPHO. GETA.

NOstrapte culpa facimus, vt malos expediat esse,
Dum nimium dici nos bonos studemus & benignos,
Ita fugias, ne præter casam quod aiunt. nonne id sat erat,
Accipere ab illo iniuriam? etiam argentum est vltro obiectum ei,
Vt sit qui viuat, dum aliquid aliud flagitij conficiat.
G. Planissime. D. his nunc præmium est, qui recta prauа faciunt.
G. Verissime. D. vt stultissime quidem illi rem gesserimus.
G. Modo vt hoc consilio possit discedi, vt istam ducat.
D. Etiamne id dubium est? G. haud scio hercle, vt homo est, an mutet animũ.
D. Hem, mutet autem? G. nescio: verum si forte, dico.
D. Ita faciam, vt frater censuit: vt vxorem huc eius adducam,
Cum ista vt loquatur. Geta abi, prænuntia hanc venturam.
G. Argentum inuentum est Phædriæ: de iurgio siletur:

Prouiſum eſt ne in præſentia hæc hinc abeat: quid nunc porro,
Quid fiet? IN EODEM luto hæſitas: vorſuram ſoluis
Geta, præſens quod fuerat malum, in diem abÿit: plagæ creſcunt,
Niſi proſpicis nunc, hinc domum ibo, ac Phanium edocebo,
Nequid vereatur Phormionem, aut eius orationem.

Moralis expoſitio.

Auaros omnes & ad pecuniam plus ſatis attentos, poſtea fere ſemper deludi & in laqueos incidere, docet hæc ſcena.

ACT. V. SCEN. III.

The Argument.

Demipho excuſeth himſelfe for that he ſtudying to auoide the ſtaine of niggardlineſſe, is now to be reprehended for his follie. For it grieueth him that the money is giuen to Phormio.

DEMIPHO.

THrough our default wee make men ſay, that it is better to bee euill, whilſt we labour too much to bee reputed good and louing: ſo let a man flie, as men ſay, that he paſſe not his cottage. Was not that enough to take wrong at him, but that money muſt bee offered him without asking, that it may maintaine him vntill he bring ſome other miſchiefe to paſſe?

G. Its altogither true that you ſay.

D. Its now a reward to thoſe that make right things crooked.

G. Moſt truly ſpoken.

D. How very foolishly truly haue wee yeelded to him?

G. Only I would to God it may by this aduice bee driuen to this point, that hee may marrie this maide.

D. Is that yet in doubt?

G. Truly I know not, as he is but a man, whether he will change his minde.

D. Hoe, change his minde indeede?

G. I cannot tell: I ſay but if peraduenture he doe.

D. So I will doe, as my brother hath

GETA.

counſelled, that I may bring hither his wife to ſpeake with this maide. Goe thy way Geta, and tell before-hand, that this Chremes wife will come to her.

G. We haue found out money for Phedria: there is no mention made of the contention. Its foreſeene that this Phedrias paramour go not away at this time: whats now behinde, what ſhall be done? thou ſtickeſt ſtill in the ſame myre: thou ſhalt gaine nothing by this, Geta: the preſent euill which was, is but prolonged: thy puniſhment groweth greater, vnleſſe thou fore-ſee it. Now will I goe hence home, and inſtruct Phany that ſhee doe not any thing feare Phormio, or his talke.

Sententiæ.

Difficile eſt ſycophantarum laqueos deuitare.

Qui ante non cauet, poſt dolebit.

Incidit in Scyllam, cupiens vitare Charybdim.

ACT.

ACT. V. SCEN. III.

Argumentum.

Apud Demiphonem queritur Nausistrata, suum viri Chremetis negligentia minui patrimonium.

Demipho. Nausistrata. Chremes.

AGedum vt soles Nausistrata, fac vt illa placetur nobis :
Vt sua voluntate, id quod est faciundum faciat. N. faciam.
D. Pariter nunc opera me adiuves, ac dudum re opitulata es.
N. Factum volo: ac pol queo minus viri culpa, quam me dignum est.
D. Quid autem? N. [b] *quia pol mei patris bene parta indiligenter*
Tutatur: nam ex his prædys talenta argenti bina
Statim capiebat: hem, vir viro quid præstat? D. bina quæso?
N. Ac rebus vilioribus multo, tamen duo talenta. D. hui
N. quid hæc videntur? D. scilicet, N. virum me natam vellem:
Ego ostenderem. D. certo scio. N. quo pacto? D. parce sodes,
Vt possis cum illa: ne te adolescens mulier defatiget.
N. Faciam, vt iubes: sed meum virum abs te exire video. C. [c] *hem Demipho,*
Jam illi datum est argentum? D. curaui ilico. C. nollem datum.
Hei video vxorem: pene plus, quam sat erat. D. cur nolles Chreme?
C. Iam recte. D. quin tu? ecquid locutus cum ista es, quamobrem hanc ducimus?
C. Transegi D. quid ait tandem? C. adduci non potest. D quid non potest?
C. Quia vterq; vtriq; est cordi. D. quid istuc nostra? C. magni. præter hæc,
Cognatam comperi esse nobis. D. quid deliras? C. sic erit.
Non temere dico: redi mecum in memoriam. D satin sanus es?
N. Hau, obsecro vide, ne in cognatam pecces. D. non est. C. ne nega.
Patris nomen aliud dictum est: hoc tu errasti. D. non norat patrem?
C. Norat. D. cur aliud dixit? C. nunquam ne hodie concedes mihi,
Neque intelliges? D. si tu nihil narres. C. pergis. N. miror quid hoc siet.
D. Equidem hercle nescio. C. vin scire? at ita me seruet Juppiter
Vt propior illi, quam ego sum, ac tu, nemo est. D. dij vestram fidem:
Eamus ad ipsam vna omnes: nos aut scire, aut nescire hoc volo. C. ah.
D. Quid id est? C. ita ne paruam mihi fidem esse apud te? D. vin me credere?
Vin satis quæsitum mihi istuc esse? age fiat: quid illa filia
Amici vestri? quid futurum est? C. recte. D. hanc igitur mittimus?
C. Quid ni? D. illa maneat? C. sic. D. ire igitur tibi licet Nausistrata.
N. Sic pol commodius esse in omnes arbitror, quam vt cœperas
Manere hanc: nam perliberalis visa est, cum vidi, mihi.
D. Quid istuc negoti est? C. iam ne aperuit ostium? D. iam. C. ô Iuppiter,
Dij nos respiciunt, gnatam inueni nuptam cum tuo filio. D. hem,
Quo pacto id potuit? C. non satis tutus est ad narrandum hic locus.
D. At tu intro abi. C. heus, ne filij nostri quidem hoc resciscant, volo.

a Hortatur vt Phanium placatam reddat.

b Hæc querela in Chremetem œconomia est ad augendam futuram turbã, ex qua orietura cataftrophe Phædriæ.

c Altera epitasis pars, de pecunia temere effusa.

ACT. V. SCEN. III.

The Argument.

Nauſiſtrata complaines to Demipho that her husband Chremes hath waſted her ſtocke through his negligence.

DEMIPHO. NAVSISTRATA. CHREMES.

COme on Nauſiſtrata, thou muſt helpe to make vs friends againe, that he may goe about this matter willingly.

N. Ile doe ſo much for you.

D. I pray thee ſtand my friend, and lend me a little money once againe.

N. Content, I will: and yet I thanke my husband, I cannot helpe you with ſo much as I could willingly part with.

D. Why ſo?

N. Becauſe he doth not play the good husband with the goods which my father I wote well, tooke good paines for. For he got quickly 200 pounds and odde money, by our two farmes at Lemnum: ſee what ods there is betweene man & man.

D. What, two hundreth pounds?

N. I ſurely, he got no leſſe when corne was cheaper a good deale, then is now.

D. Oh God, how could that be?

N. What, doſt thou make a wōder at it?

D. I truly.

N. I would I had bin a man: I would haue ſhewed thee quickly how.

D. I thinke ſo.

N. Which way thinke you?

D. Nay but ſtay a little and reſt thy ſelf, that thou maiſt be better able to talk with her, leſt ſhe be too good for thee, becauſe ſhee is a young luſtie guts.

N. Marrie and well ſaid, I care not if I doe: but ſtay ſirra, mee thinkes I ſee my husband come from your houſe.

C. Ho Demipho, haue you giuen him the money?

D. I diſcharged that preſently.

C. I would you had not giuen it yet. Oh my wife is here, I had like to a mard all.

D. Why, would you not haue me giue it him?

C. Nay, now alls well.

D. But ſay, haue you talkt with the party about whome wee brought hither your wife?

C. I haue talkt with her.

D. What ſaith ſhee now?

C. Shee will not by any meanes.

D. Why will ſhee not?

C. Becauſe they loue one another entirely.

D. Whats that to vs?

C. Yes very much. Beſides this, I heare ſay ſhee is our kinſwoman.

D. What, doſt thou dote?

C. So it will prooue: I know what I ſay, bethinke you your ſelfe as well as I doe.

D. Is this good fellow well in his wits troweye?

N. Hiſt, I pray thee take heede, ſpeake not againſt our couſin.

D. Shee is none of my couſin.

N. Nay, doe not ſay ſo, her father indeede is called by another name: and therein thou art deceiued.

D. Did not he know her father?

C. Yes, he did.

D. Why then did he call him by another name?

C. Wilt thou neither beleeue mee to day, nor vnderſtand me?

D. Yes, if thou telſt me nothing.

C. What, more anger yet?

N. I maruell whats the matter?

D. Truly I know not.

C. Would you faine know? verily, I know none is nearer allied vnto her then you

you and I.

D. Good God, this is ſtrange: lets goe altogither vnto her, ile know whats the matter, off or on.

C. Alas, alas.

D. What ayle you?

C. A ſirra, that I cannot bee no better beleeued at you hand.

D. Will you haue me beleeue you? and will you beleeue me that I haue enquired after the mater ſufficiently? be it ſo. Say then, what ſhall become of the gentlewoman our friends daughter?

C. Shee ſhall doe well enough.

D. How then, ſhall wee ſend away your wife?

C. What elſe?

D. Muſt the other goe?

C. I meane ſo.

D. Then you may be gone Nauſiſtrata.

N. Surely I thinke this is a better courſe for all parts, then that ſhee ſhould ſtay, as you were once minded. For I ſaid as ſoone as I ſawe her, that ſhee was a very kinde wench.

D. Whats there to doe?

C. What, doth ſhe keep houſe already?

D. Already.

C. O good God: we roſe on the right ſide to day. I heare ſay there is a marriage betweene my daughter, and your ſonne.

D. Hah, how could that be?

C. This is no place to tell you.

D. Then go in and tell me.

C. But ſirra neighbour, let not your ſon and mine know of this here, I aduiſe you.

Sententia.

Viſitatum eſt mulieribus conqueri de virorum luxu & negligentia.

Verborum perplexitate & ambagibus obſcurandum eſt, quod non velis ab omnia audientibus intelligi.

Homo ruſticus & rudis quæ ſubobſcure dicuntur non intelligit.

ACT. V. SCEN. IV.

Argumentum.

Antipho redemptam Phædriæ amicam gratulatur, ſeque involutum his malis queritur, vnde expediri nequeat.

ANTIPHO.

LAEtus ſum, vtut meæ res ſeſe habent, fratri obtigiſſe quod volt.
Quam ſcitum eſt, eiuſmodi parare in animo cupiditates,
Quas cum res aduerſæ ſient, paulo mederi poſſis?
Hic ſimul argentum repperit, cura ſeſe expediuit:
Ego nullo poſſum remedio me exoluere ex his turbis,
Quin ſi hoc celetur, in metu: ſin patefit, in probro ſiem.
Neque me domum nunc recipercm, ni mihi eſſet ſpes oſtenſa
Huiuſce habendæ: ſed vbinam Getam inuenire poſſim,
Vt rogem, quod tempus conueniendi patris me capere iubeat?

ACT. V. SCEN. IV.

The Argument.

Antipho reioyceth that Phedria hath recouered his ſweet-heart: and complaineth that he himſelfe is in ſuch a pecke of troubles, that he cannot get out.

ANTIPHO.

I Am glad, howsoeuer mine own matters go, that my brother hath sped well. It is a a wise part, to content ones selfe with so lowe an estate, as that when aduersitie comes, a man may mend himselfe with little. As soone as my brother had gotten money, his care was past. I can by no meanes ridde my selfe out of these turmoiles; if the matter be kept close, I shall liue still in feare, if it be knowne, I shall be disgraced. Surely I would not goe home, if I had not some hope to haue her. But where in Gods name shall I meete with Geta, that I may aske him what time he will appoint me to talke with my father?

Sententiæ.

Suis ipsorum commodis amatores gaudent: scil. insano nemo in amore videt.

Pulchrum est affectibus mederi in afflictione.

ACT. V. SCEN. V.

Argumentum.

Adnumeratam esse lenoni pecuniam narrat Phormio, & quasi re bene gesta, nunc se curaturum cuticulam dicit.

PHORMIO. ANTIPHO.

ARgentum accepi, tradidi lenoni, abduxi mulierem,
Curaui propria ea Phædria vt potiretur: nam emissa est manu,
Nunc vna res mihi etiam restat, quæ est conficiunda, otium
A senibus ad potandum vt habeam: nam aliquot hos sumam dies.
A. Sed Phormio est: quid ais? P. quid? A. quidnam nunc facturus Phædria?
Quo pacto satietatem amoris ait se velle sumere?
P. Vicissim parteis tuas acturus est. A. quas? P. vt fugitet patrem:
Te suam rogauit rursum vt ageres causam, vt pro se diceres:
Nam potaturus est apud me: ego me ire senibus Sunium
Dicam ad mercatum, ancillulam emptum, quam dudum dixit Geta;
Ne cum hic non videant me, conficere credant argentum suum.
Sed ostium concrepuit abs te, A. vide quis egrediatur. P. Geta est.

ACTVS V. SCENA V.

The Argument.

Phormio tels that hee hath paid the money to the baud, and as though hee had handled the matter well, he brags that he will make much of one.

PHORMIO. ANTIPHO.

I Haue receiued the money, I haue deliuered it to the baud, I haue brought away the woman, and I haue taken order that Phedria shall enioy her full & whole, for shee is set free. Now here is but one thing behinde, which I must dispatch, for I must needes borrow three or foure daies of the olde men to make merrie.

A. But here is Phormio mee thinkes: how now, what saist thou?

P. What?

P. What?

A. What doth Phædria meane to doe? how doth he ſay that he will haue his fill of loue?

P. He ſaith he muſt play your part once againe?

A. What part?

P. That he may eſcape his father: hee entreates you that you would pleade his cauſe and ſpeake for him once more. For hee and I muſt make merry. Ile tell the old men that I am going to Sunium to the mart to buy the maide which Geta ſpake of a while agoe: leaſt when they ſee I am not here, they thinke I am gone to ſpend their money: but the doore creekes behinde thee.

A. See who comes forth.

P. Its Geta.

Sententiæ.

Serui infideles ſuis techinis gaudent.
Serui dominorum incommodo cuncta abliguriunt.

ACT. V. SCEN. VI.

Argumentum.

Geta Antiphoni nuntiat Phanium inventam eſſe Chremetis filiam.

GETA. ANTIPHO. PHORMIO.

O Fortuna, ò fors fortuna, quantis commoditatibus,
Quam ſubito hero meo Antiphoni ope veſtra hunc oneraſtis diem?
A. Quidnam hic ſibi volt? G. noſque amicos eius exoneraſtis metu?
Sed ego nunc mihi ceſſo, qui non humerum hunc onero pallio:
Atque hominem propero inuenire, vt hæc, quæ contigerint ſciat?
A. Num tu intelligis quid hic narret? P. num tu? A. nihil, P. tantundem ego.
G. ad lenonem hinc ire pergam: ibi nunc ſunt. A. heus. Geta. G. hem tibi.
Num mirum, aut nouum eſt, reuocari curſum cum inſtitueris? A. Geta.
G. Pergit hercle: nunquam tu tuo odio vinces me. A. non manes?
G. Vapulabis. A. id tibi quidem iam fiet, niſi reſiſtis, verbero.
G. Familiariorem oportet eſſe hanc, qui minitatur malum: ſed is ne eſt
Quem quæro, an non? ipſus eſt. P. congredere actutum. A. quid eſt?
G. Omnium, quantum eſt, qui viuant, hominum homo honoratiſſime:
Nam ſine controuerſia à dys ſolus diligere Antipho.
A. Ita velim: ſed qui iſthuc credam ita eſſe, mihi dici velim.
G. Satin eſt, ſi te delibutum gaudio reddo? A. enecas.
P. Quin tu hinc pollicitationes auſer, & quod fers, cedo. G. oh.
Tu quoque hic aderas Phormio? P. aderam: ſed ceſſas? G. accipe, hem,
Vt modo argentum tibi dedimus apud forum, recta domum
Sumus profecti: interea mittit herus me ad vxorem tuam.
A. Quamobrem? G. omitto proloqui: nam nihil ad hanc rem eſt Antipho,
Vbiin gynæceum ire occipio, puer ad me accurrit Mida.
Poſtea apprehendit pallio: reſupinat: reſpicio: rogo.
Quamobrem retineat me: ait eſſe vetitum intro ad heram accedere:
Sophrona modo fratrem huc, inquit, ſenis introduxit Chremem,

Eumque

Eumque nunc esse intus cum illa: hoc vbi ego audiui, ad fores
Suspenso gradu placide ire perrexi: accessi: astiti:
Animam compressi, aurem admoui, ita animum cœpi attendere,
Hoc modo sermonem captans. A. euge Geta. G. hic pulcherrimum
Facinus audiui: itaque hercle exclamaui gaudio.
P. Quod? G. quodnam arbitrare? A. nescio. G. atqui mirificissimum:
Patruus tuus pater inuentus est Phanio vxori tuæ. A. hem,
Quid ais? G. cum eius consueuit olim matre in Lemno clanculum.
P. Somnium: vtin hæc ignoraret suum patrem? G. aliquid credito
Phormio esse causæ: sed me censen potuisse omnia
Intelligere extra ostium, intus quæ inter sese ipsi egerint?
P. Atque hercle ego quoque illam audiui fabulam. G. imo etiam dabo
Quo magis credas: patruus interea inde huc egreditur foras:
Haud multo post cum patre idem recipit se intro denuo:
Ait vterque tibi potestatem eius habendæ se dare:
Denique ego sum missus, te vt requirerem, atque adducerem.
A. Hem quin ergo? rape me: quid cessas? G. fecero. A. o mi Phormio,
Vale. P. vale Antipho: bene ita me dij ament, factum gaudeo.

ACT. V. SCEN. VI.

The Argument.

Geta tels Antipho that Phany is found to be Chremes daughter.

GETA. ANTIPHO. PHORMIO.

O Fortune, ô good fortune, what a pleasure hast thou done my maister Antipho to day vnlooked for?

A. What doth this good fellow meane?

G. And put vs all that bee his friendes out of feare? But ile stay no longer, but cast my cloake on my shoulder, and goe seeke him in all hast, to tell him of these good newes.

A. Dost thou vnderstand what this fellow saith? P. Do you?

A. Not a iot.

P. No more do I.

G. I goe presently to the bauds house, for there they are.

A. Ho Geta.

G. How now sir, its no new or strange thing for a man to be cald backe & troubled when he is going on his way.

A. Geta,

G. He hath not done yet: goe to sir, ile say neuer the more for your brauling.

A. Will you not stay?

G. Ile knocke thee if thou wilt not hold thy peace.

A. Nay, thou, it may chance, shall be knocked if thou dost not stay the sooner.

G. Me thinkes he should haue more to doe with me then he hath, that threatens me thus: but is it not hee trow whom I seeke? its euen he.

P. Go talke with him presently.

A. Whats the matter with you?

G. Thou art the happiest man aliue this day: out of doubt God loues thee Antipho.

A. So I would haue him: but I would faine know why I should think so.

G. Will you not be glad, if I make your worship merry?

A. Thou

A. Thou kilſt me.

P. Away with theſe promiſes and tel vs what newes.

G. Oh, were thou here too Phormio?

P. I was heere: but why doſt thou not tell him?

G. Hearken: as ſoone as I had giuen you mony in the market, I went ſtraight way home; anone my maiſter ſent me to your wife.

A. Why ſo?

G. Nay, there I leaue you: for its nothing to this thing I am about to tell you. As I was about to go into the nurcerie: Mida the lad came running to mee, and puld me by the cloake, and hung about me; whereupon I looked backe, and aſked him why he puld me: then he got vp and told mee that they would not let him go in to his miſtris, becauſe Chremes the old mans brother (as Sophrona ſaide) and they were within cloſe togither. As ſoone as I heard that, I went ſoftly to the dore, I ſtood ſtill, I made no noiſe, I laid mine eare to the dore, and I liſtened to heare what they would ſay.

A. Go to Geta.

G. Heere I heard that goodly matter, which made me almoſt cry out for ioy.

P. What I pray thee?

G. What thinke you?

A. I know not.

G. Surely its a ſtrange thing. Your vncle is found to bee father to Phany your wife.

A. Ho what ſaiſt thou?

G. Hee had to doe with her mother at Lemnum priuily.

P. Thou dreameſt: what did not ſhee know her father?

G. Thou maiſt beleeue that ſome of this is true which I ſay, though all is not, becauſe I could hardly hear without the doores all that which they did within.

P. It may be ſo, for I haue heard ſuch a tale.

G. Yes ile tell thee ſomewhat why thou maiſt beleeue it rather. Thy vncle came forth of the houſe as I ſtood there, and anone after he & thy father went in again, and both of thē agreed that thou ſhouldſt haue her. At laſt they ſent mee to ſeeke thee, and to bring thee to them.

A. Ho, why then carry me thither in all haſt: why doſt thou ſtay?

G. Ile diſpatch preſently.

A. Farewell good friend Phormio.

H. Antipho farewell. I am glad, ſo God helpe me, that all is ſo well.

Sententiæ.

Serui adulatores gratulantur dominis fortunatos ſucceſſus rerum.

Serui ſunt exploratores & ſecretorum rimatores.

In rebus proſperis lætamur.

ACT. V. SCEN. VII.

PHORMIO.

TAntam fortunam de improuiſo eſſe his datam?
Summa eludendi occaſio eſt mihi nunc ſenes,
Et Phædriæ curam adimere argentarium,
Ne cuiquam ſuorum æqualium ſupplex ſiet:
Nam idem hoc argentum ita vt ingratis eſt datum,
His datum erit: hoc qui cogam, re ipſa repperi.
Nunc geſtus mihi, voltuſque eſt capiundus nouus.
Sed hinc concedam in angiportum hoc proximum:
Inde hiſce oſtendam me, vbi erunt egreſſi foras:
Quò me aſſimularam ire ad mercatum, non eo.

ACT.

ACT. V. SCEN. VII.

PHORMIO.

AND had they ſo good ſucceſſe indeede, when they were out of all hope? I am very glad of it, I haue now a very good occaſion to coſen the olde lads, Phedria ſhall not neede to take care to get the money, nor be beholding to any of his friends For I will haue the mony out of their purſes, which the vnthankfull bauds muſt haue: I know how & all. Marry I muſt get me another gate, and put on a new face, and ſo I will go to yonder narrow ſtreete hard by, there ile ſtand that the olde doches may ſee mee when they come forth, I will make them beleeue I went to the market, but I neuer meant it.

Sententiæ.

Fortunati & improuiſi euentus admirationem pariunt.

In hoc toti ſunt Sycophantæ vt pecuniam vel fraude comparent vel non reddant.

ACT. V. SCEN. VIII.

Argamentum.

Cognita Phanio, ſenes a Phormione pecuniam repetunt. Phormio negat ſe redditurum. Hinc contentio inter eos oritur.

DEMIPHO, PHORMIO, CHREMES.

Dis magnas merito gratias habeo, atque ago,
Quando euenere hæc nobis frater proſpere.
Quantum poteſt, nunc conueniendus Phormio eſt,
Priuſquam dilapidet noſtras triginta minas,
Vt auferamus. P. Demiphonem, ſi domi eſt,
Viſam: ve quod. D. at nos ad te ibamus Phormio.
P. De eadem hac fortaſſe cauſa? D. ita hercle. P. credidi.
Quid ad me ibatis? ridiculum. an veremini,
Ne non id facerem, quod recepiſſem ſemel?
Heus, heus, quanta hæc mea paupertas eſt: tamen
Adhuc curaui vnum hoc quidem, vt mihi eſſet fides.
C. Eſt ne ea ita, vt dixti, liberalis? D. oppido.
P. Itaque ad vos venio nuntiatum Demipho,
Paratum me eſſe: vbi voltis, vxorem date.
Nam omnes poſthabui mihi res, ita vti par fuit,
Poſtquam tantopere id vos velle animum aduorteram.
D. At hic dehortatus eſt me, ne illam tibi darem:
Nam qui erit rumor populi, inquit, ſi id feceris?
Olim cum honeſte potuit, tum non eſt data:
Nunc viduam extrudi turpe eſt: ferme eadem omnia,
Quæ tute dudum coram me incuſaueras.
P. Satin ſuperbe illuditis me? D. qui? P. rogas?

Quia

Quia ne alteram quidem illam potero ducere:
Nam quo ore redibo ad eam, quam contempſerim?
C. Tum autem Antiphonem video abſeſe amittere
Inuitum eam: inque. D. tum autem video filium
Inuitum ſane mulierem abſe amittere.
Sed tranſiſodes ad forum, atque illud mihi
Argentum iube rurſum reſcribi Phormio.
P. Quod? næ ego perſcripſi porro illis, quibus debui.
D. Quid igitur fiet? P. ſi vis mihi vxorem dare,
Quam deſpondiſti, ducam: ſin eſt, vt velis
Manere illam apud te, dos hic mancat Demipho:
Nam non eſt æquom me propter vos decipi:
Cum ego veſtri honoris cauſſa repudium alteri
Remiſerim, quæ tantundem dotis dabat.
D. I hinc in malam rem cum iſthac magnificentia
Fugitiue: etiam nunc credis te ignorarier,
Aut tu facta adeo? P. irritor. D. tu ne hanc duceres,
Si tibi data eſſet? P. fac periculum. D. vt filius
Cum illa habitet apud te: hoc veſtrum conſilium fuit.
P. Quæſo quid narras? D. quin tu mihi argentum cedo.
P. Imo vero, tu vxorem cedo. D. in ius ambula.
P. In ius? cnimuero ſi porro eſſe odioſi pergitis.
D. Quid facies? P. ego ne? vos me indotatum modo
Patrocinari fortaſſe arbitramini:
Etiam dotatus ſoleo. C. quid id noſtra? P. nihil.
Hic quandam noram, cuius vir vxorem. C. hem. D. quid eſt?
P. Lemni habuit aliam. C. nullus ſum. P. ex qua filiam
Suſcepit: & eam clam educat. C. ſepultus ſum.
P. Hæc adeo ego illi iam denarrabo. C. obſecro,
Ne facias. P. oh, tun is eras? D. vt ludos facit.
C. Miſſum te facimus. P. fabulæ. C. quid vis tibi?
Argentum quod habes, condonamus te. P. audio:
Quid vos (malum) ergo me ſic ludificamini
Inepti veſtra puerili ſententia?
Nolo, volo: volo, nolo rurſum: cedo, cape:
Quod dictum, indictum eſt: quod modo erat ratum, irritum eſt.
C. Quo pacto, aut vnde hæc hic reſciuit? D. neſcio,
Niſi me dixiſſe nemini, id certo ſcio.
C. Monſtri, ita me dy ament, ſimile. P. inieci ſcrupulum. D. hem,
Hiccine vt à nobis hoc tantum argenti auferat,
Tam aperte irridens? emori hercle ſatius eſt?
Animo virili præſentique vt ſis, para.
Vides tuum peccatum eſſe elatum foras,
Neque iam id celare poſſe te vxorem tham:
Nunc quod ipſa ex alijs audiura ſit Chreme,
Id noſmet indicare placabilius eſt.

Tum

Tum hunc impuratum poterimus noſtro modo
Vlciſci P. atat, niſi mihi proſpicio, hæreo:
Hi gladiatorio animo ad me adfectant viam.
C. At vereor, vt placari poſſit. D. bono animo es:
Ego redigam vos in gratiam, hoc fretus, Chreme,
Cum è medio exceſſit, vnde hæc ſuſcepta eſt tibi.
P. Itane agitis mecum? ſatis aſtute aggredimini:
Non hercle ex re iſtius me inſtigaſti Demipho.
Ain tu, vbi peregre tibi quod lubitum fuit, feceris:
Neque huius ſis veritus fœminæ primarie,
Quin tu noxo modo ei faceres contumelias:
Venias nunc precibus lautum peccatum tuum?
Hiſce ego illam dictis ita tibi incenſam dabo,
Vt ne reſlinguas, lachrumis ſi extillaueris.
D. Malum, quod iſti dy, deæque omnes duint:
Tanta ne aſſectum quenquam hominem eſſe audacia?
Nonne hoc publicitus ſcelus hinc deportarier
In ſolas terras? C. In id redactus ſum loci,
Vt quid agam cum illo, neſciam prorſus. D. ego ſcio:
In ius eamus. P. in ius? huc, ſi quid lubet.
D. Aſſequere, ac retine, dum huc ego ſeruos euoco.
C. Etenim nequeo ſolus: accurre huc. P. vna iniuria eſt
Tecum. C. lege agito ergo. P. altera eſt tecum Chreme.
D. Rape hunc. P. ita ne agitis? enimuero voce eſt opus.
Nauſiſtrata, exi. C. os opprime. D. impurum vide
Quantum valet. P. Nauſiſtrata inquam. C. non taces?
P. Taceam? D. niſi ſequitur, pugnos in ventrem ingere,
P. Vel oculum exculpe: eſt, vbi vos vlciſcar, locus.

ACT. V. SCEN. VIII.

The Argument.

Now Phany is knowne whence ſhe came, the old men would haue their money againe of Phormio: Phormio will not reſtore it, and thereupon they fall out and go to law.

DEMIPHO, PHORMIO, CHREMES.

BRother, I giue God hartily thankes, becauſe thoſe thinges haue falne out ſo well for vs: now I thinke its beſt for vs to talke with Phormio out of hand before he ſpend the thirty pound which he had of vs, that we may get it againe.

P. Ile go ſee Demipho, if he be at home.

D. And wee are comming to you Phormio.

P. I thinke ſo, and it may be about the ſame matter too.

D. I truly.

P. I thought ſo: wherefore were ye comming to me? thats a Ieſt, are ye afraid I would not performe that which I promiſed? ſurely as poore as I am, I had alwaies a care to keepe my credit.

C. But ſay, iſt not as I ſaide, is ſhe not a very

very kinde maide?

D. Very kinde.

P. Therefore for I came to tell you Demipho, that I am ready: let mee marrie her when you wil: for I set all other things aside as reason was, after I knew it was your minde that I should haue her.

D. But Chremes hath counselled mee not to giue her vnto thee: for what will the people say (saith he) if thou shouldest? heretofore when you might haue done it with honesty then you would not: now that she is a widdow, its no reason that she should bee thrust vpon him; and many things moe, which you reckoned vp to me of late.

P. You mocke me verie saucily, doe you not, thinke ye?

D. Why?

P. Doe you aske: because I cannot now marry the other: for with what face can I goe to her againe which I haue cast off?

C. Then I see also Antipho is not willing to part with her: say so.

D. Then I see also that my son is vnwilling to part with the woman. But goe to the market Phormio, and get mee that same money againe.

P. What money. Of my word I haue paide it to them, to whom I was appointed.

D. What shall we do then?

P. If you will haue mee marry this woman which you haue betrothed vnto me, I am content. But if you will haue her stay at your house still, the doury shall stay where it is. For its no reason that I should be deceiued for you: since I was content to bee diuourced from another to saue your credit, who would haue giuen as good a doury as that comes to.

D. Get thee hence and be hanged with thy liberality about thy necke thou rogue, dost not think I know thee and thy good deeds too well?

P. I am catcht.

D. Wou'dst thou marry this woman if thou mightst haue her?

P. Trie me.

D. What should my sonne dwell within thee? this was your drift.

P. What do you say I pray you?

D. Marry giue me my money I say.

P. Nay giue you me my wife.

D. Come on and walke with me to the consistory.

P. To the consistory? doe and you will, if ye meane to be famous for wranglers.

D. What will you do trow?

P. What I? you thinke that I am a fit proctour for none but for them that haue nothing: yes I warrant you, I meet with some clients that houe somwhat now and then.

C. Whats that to vs?

P. Nothing: I know a gentle woman hereabouts, whose husband hath another.

C. How now?

D. Whats that he saith?

P. Wife at Lemnum.

C. I die, I die.

P. By which woman hee hath a daughter, and he brings her vp vnnarvares to his wife.

C. I am buried.

P. Ile euen goe tell her of this geare presently.

C. I pray thee do not.

P. Oh are you the man?

D. What sport he makes?

C. We are content to let you goe.

P. Its but a tale.

C. What wilt thou haue? Thou shalt keepe the mony still which thou hast.

P. I heare you, why then (with a mischiefe) do you mocke me ye dotrels saying like children, I will not, I will, I will, I will not, giue me it, take it, ye say, and vnsay: ye doe and vndoe.

C. How, and where trow you heard hee of these things?

D. I know not that, this I am sure, I told it to no body.

C. This is strange as God helpe me.

P. I haue giuen them a bone to picke.

D. Hoe, shall we suffer him to get away so much money from vs, to fleere & geere at vs in euery corner? Ile die, first. Therefore be of good courage, and plucke vp a good heart, you see your fault is knowne abroad; and that you cannot keepe it from your wife. I thinke it therefore best for some of vs to tell her of it, for quietnesse sake, and then we may be reuenged of the varlot as we list.

P. Alas, alas, vnlesse I looke to my selfe I am in for a bird. Yonder fellowes come towards me swearing and staring like cauillers.

C. I am afraid she will not be pacified.

D. Be of good cheare man, I warrant you Ile make you friendes, since shee is dead, by whom you had this maiden.

P. Do you deale so with me? you set vpon me very craftily: I tell you Demipho it shall bee scarce good for him that you haue set me on: doe you when you haue done what you like abroad, nothing regard this good gentlewoman, but seeking to disgrace her afresh; doe you thinke, I say, to carry this fault cleanly away with a little entreaty; Ile tell her such a tale for this geare, that she shall not be well pleased with some of you.

D. What a mischiefe hath God sent vs here; was there euer the like bold impudent fellow? would not this vilde varlet be banisht all good company?

C. I am brought to such a stay that I know not what to do with him.

D. I know; lets put him in the court.

P. In the court? I euen there and you please.

D. Stay and hold him while I call my seruants.

C. I cannot alone; come hither quickly?

P. I haue an action against you.

C. Then take the law of him.

P. I haue another against you Chremes

D. Carry him away.

P. Is this your dealing? you will make me cry out of you, Nausistrata come forth of doores.

C. Stop his mouth.

P. Nausistrata I say.

C. Wilt thou not hold thy peace?

P. Should I hold my peace?

D. Pinch him in the guts vnlesse he will follow.

P. Pull out mine eies and you will, Ile finde a place to be reuenged of you.

Sententiæ.

Parasitorum insignis est audacia & impudentia

Quod parasitis semel in manus venit, nulla ratione extorquetur.

Maritus etiam ob peccatum non ita vxorem timeat, vt se virum esse obliuiscatur.

Senes etiam pecuniæ studio rixas forenses non fugiunt.

ACT. V. SCEN. IX.

Argumentum.

Phormio Chremetem prodit vxori de altera coniuge: Chremes grauiter obiurgatur, Phormio exultat tam probe se vltum senes. Demipho pro fratre intercedit, & orat vt huic vxor factum condonet. Ea neque se ignoscere dicit, neque promittere quidquam, sed filii iudicio permittere omnia.

Nausistrata

Nausistrata, Chremes, Phormio, Demipho.

QVis nominat me? C. hem N. quid istuc turbæ est obsecro
Mi vir? P. hem, quid nunc obticuisti? N. quis hic homo est?
Non mihi respondes? P. hiccine vt tibi respondeat,
Qui hercle vbi sit, nescit? C. cane isti quicquam credas.
P. Abi: tange: si non totus friget, me eneca.
C. Nihil est. N. quid ergo est? quid isthic narrat? P. iam scies:
Ausculta. C. pergin credere? N. quid ego obsecro
Huic credam, qui nihil dixit? P. delirat miser
Timore. Non pol temere est, quod tu tam times.
C. Ego ne timeo? P. recte sane: quando nihil times,
Et hoc nihil est quod ego dico, tu narra. D. scelus,
Tibi narret? P. cho tu, factum est abs te sedulo
Profratre. N. mi vir, non mihi narras? C. at. N. quid at?
C. Non opus est dicto. P. tibi quidem: at scito huius opus est.
In Lemno. C. hem quid ais? D. non taces? P. clam te. C. hei mihi.
P. Vxorem duxit. N. mi homo, dy melius duint.
P. Sic factum est. N. perij misera. P. & inde filiam
Suscepit iam vnam, dum tu dormis. C. quid agimus?
N. Pro Dij immortales, facinus indignum & malum.
P. Hoc actum est. N. an quidquam hodie est factum indignius?
Qui mihi, vbi ad vxores ventum est, tum fiunt senes,
Demipho, te appello: nam me cum hocipso distædet loqui:
Hoccine erant itiones crebræ, & mansiones diutinæ
Lemni? hæccine erat, quæ nostros fructus minuebat, vilitas?
D. Ego Nausistrata esse in hac re culpam meritam non nego:
Sed eam, quæ sit ignoscenda. P. verba fiunt mortuo.
D. Nam neque negligentia tua, neque id odio fecit tuo.
Vinolentus, fere ab hinc annos quindecim, mulierculam
Eam compressit, vnde hæc nata est: neque post illam vnquam attigit.
Ea mortem obyit: è medio abyt: qui sit in re hac scrupulus?
Quamobrem te oro, vt alia tua facta sunt, æquo animo hoc feras.
N. Quid ego æquo animo? cupio misera in hac re iam defungier.
Sed quid sperem? ætate porro minus peccaturum putem?
Iam tum erat senex, senectus si verecundos facit.
An mea forma, atque ætas magis expetenda est Demiphoi?
Quid mihi nunc adfers, quamobrem expectem, aut sperem porro non fore?
P. Exequias Chremeti, quibus est commodum ire, iam tempus est.
Sic dabo: age nunc, age, Phormionem qui volet lacessito.
Faxo tali cum mactatum, atque hic est, infortunio.
Redeat sane in gratiam: iam supplicij satis est mihi.
Habet hæc, ei quod, dum viuat, vsque ad aurem obganniat.
N. An meo merito credo? quid ego nunc commemorem Demipho
Sigillatim, quali in istum fuerim? D. noui æque omnia.

Tecum. N. meriton hoc meo videtur factum? D. minime gentium:
Verum quando iam accusando fieri infectum non potest,
Ignosce, orat: confitetur: purgat: quid vis amplius?
P. Enimuero priusquam hæc dat veniam, mihi prospiciam, & Phædriæ.
Heus Nausistrata, priusquam huic respondes temere, audi. N. quid est?
P. Ego minas triginta per fallaciam ab illo abstuli:
Eas dedi tuo gnato: is pro sua amica lenoni dedit.
C. Hem quid ais? N. adeon hoc indignum tibi videtur, filius
Homo adolescens, si habet vnam amicam, tu vxores duas?
Nihil pudere? quo ore illum obiurgabis? responde mihi.
D. Faciet vt voles. N. imo vt iam scias meam sententiam,
Neque ego ignosco, neque promitto quicquam, neque respondeo
Prius, quam gnatum videro: eius iudicio permitto omnia:
Quod is iubebit faciam. P. mulier sapiens es Nausistrata.
N. Satis tibi est. P. imo vero pulchre discedo, & probe,
Et præter spem. N. tu tuum nomen dic quod est. Ph. mihin? Phormio,
Vestræ familiæ hercle amicus, & tuo summus Phædriæ.
N. Phormio: at ego ædepol posthac tibi, quod potero & quæ voles,
Faciamque & dicam. P. benigne dicis. N. pol meritum est tuum.
P. Vin primum hodie facere, quod ego gaudeam, Nausistrata?
Et quod tuo viro oculi doleant? N. cupio. P. me ad cœnam voca.
N. pol vero voco. D. eamus intro hinc. N. fiat: sed vbi est Phædria
Iudex noster? P. iam hic saxo aderit. Vos valete, & plaudite.

ACT. V. SCEN. IX.

The Argument.

Phormio tels Nausistrata that her Husband Chremes had another wife. Chremes is well shent for his labour. Phormio is very glad that he hath reuenged the old lads so kindly. Demipho pleades hard for his brother, and intreates his wife to forgiue him. She makes answere, that she would neither forgiue him, nor promise him any thing, but is content to leaue all to her sonnes discretion.

Nausistrata, Chremes, Phormio, Demipho.

WHo cals me?
C. Out alas.
N. Husband, what a coile is there?
P. Hoe, why would you not speake erewhile?
N. What is hee for a man? why dost thou not answer me?
P. Would you haue him answer you, that knowes not where he is?
C. Take heede, do not beleeue this fellow whatsoeuer he saith.
P. Go thy way, lay thy hand vpon him, if he be not as cold as a stone, let mee bee dead.
C. Here is nothing to doe.
N. No, whats that then thou pratlest about?
P. You shall know by and by, harke in thine eare.
C. Wilt thou beleeue him?

N. What

N. What ſhould I beleeue him, he hath tolde me nothing yet.

Ph. The poore ſoule dotes for feare.

N. Its not for nought that you are ſo afraide.

C. Am I afraide?

P. I truly are you ſir. If you are not afraide, and if it be nothing that I ſay, doe you tell it I pray you.

D. Thou filth, ſhould he tell it thee?

P. Aho you ſir, you haue taken great paines for your brother.

N. Husband, will you not tell me?

C. But.

N. What but?

C. Its not worth the telling.

P. Not for you perhaps, but its worth the knowing for her. In Lemnum.

C. Out alas, what ſaiſt thou?

D. Wilt thou not holde thy peace?

P. Vnawares to you.

C. Alas, what ſhall I doe?

P. He married a wife.

N. Marrie God ſwarbour.

P. Tis as I tell you.

N. Out vpon it, I am vndone.

P. And by her he hath one daughter, when you thought of nothing leſſe.

C. What ſhall we doe?

N. O good God, what a wicked pranck is this?

P. This is done and paſt.

N. Was any this day aliue ſerued as I am? why forſooth when they come home to their wiues, they complaine they are olde. Demipho, I appeale to thee, for I am aſhamed to talke with him: was this your often going, & long ſtaying at Lemnum? was this the cheapneſſe of corne that mard our market at Lemnum?

D. Nauſiſtrata, I doe not denie, but that hee is worthie to be blamed for that hee hath done, but yet the matter is not ſo great, but you may pardon him if you pleaſe.

N. You were as good ſpeake to one that is dead.

D. For he did it not either for that hee did not care for you, or for that hee did miſlike you, but being drunke vpon a time, about fifteene yeares agoe, hee lay with that woman, and got this maide by her: afterward he neuer toucht her. Shee is now dead, ſhee is not to be ſeene, what great matter is here to ſtand vpon? wherefore I entreate thee take it patiently, as thou haſt done heretofore.

N What ſhould I take patiently? poore ſoule, I could bee content to endure any thing in this caſe: but what hope haue I? ſhall I thinke he will doe ſo no more, becauſe he is olde? he was olde then if that would haue mended the matter. As for my beauty and age, is that any better now then it was then? What canſt thou ſay Demipho? what reaſon haue I to thinke that he will doe no more ſo?

P. Its time now that Chremes were faire buried. So ile ſerue them all: go too, go too now, let who wil prouoke Phormio, he ſhall fare euen as well I trowe, as hee hath done. We will be friends now, if hee pleaſe: I haue euen puniſhed him enough. Shee hath ſomewhat I thinke to lay in his diſh, as long as he liues.

N. Haue I deſerued, thinke you, that he ſhould ſerue me thus? what need I, Demipho, call to mind how I haue behaued my ſelfe toward him in euery point?

D. I know it as well as your ſelfe.

N. Doe you thinke indeede that I haue any way deſerued this at his hands?

D. No truly: but becauſe that which is done cannot be vndone, forget & forgiue him: he doth intreate you: he confeſſeth his fault, he cleares himſelfe as well as he can: what would you haue more?

P. But before thee forgiues him, ile prouide for my ſelfe and Phedria. Hoe Nauſiſtrata, harke in your eare, before you make him any anſwer.

N. Whats the matter?

P. I haue couſened him, I may tell you, of thirtie pounds, and giuen it to your ſonne Phedria: hee gaue it to the baud for his true loue.

C. Oh, what ſaiſt thou?

N. Is it ſo haineus a matter, that thy ſonne, a young man, ſhould haue one ſweet heart, when thou hadſt two wiues? Are you not aſhamed? with what face canſt thou chide him? tell me.

D. He ſhall do as you would haue him.

N. To tell you my minde plainly, I neineither forgiue him, nor promiſe him any thing, nor make him anſwer, before I ſee my ſonne: let him doe as he thinkes good, ile doe that he bids me doe.

P. I commend thee, thou art a good wiſe woman, Nauſiſtrata.

N. Are you content it ſhould be ſo?

P. I truly, I like it well, it is better then I thought it would be.

N. But ſay, tell me whats you name?

P. What my name? Phormio, one that wiſheth your whole family very well, but ſpecially your ſonne Phedria.

N. Phormio, aſſure thy ſelfe ile doe any thing for thee hereafter that I can.

P. Its more of your good will, then of my deſeruing.

N. Yes truly, you haue deſerued well of me.

P. Why then, Nauſiſtrata, wilt thou begin to day, and doe one thing for me that may pleaſe mee, & diſpleaſe thy husband?

N. I, with all my heart.

P. Then bid me to ſupper.

N. Come, and welcome.

D. Lets goe in.

N. Content. But where is Phedria our vmpire?

P. I hope to God he will be here. Fare ye well, and clappe your hands.

Sententiæ.

Male ſibi conſcii tanquam peccatores obſtupeſcunt.

Magna fit controuerſia inter vxorem honeſtam & maritum mœchum: eſt enim coniugium diſpar & infidele.

Vinum nihil moderatum ſuadet.

Amor meretricius eſt fundi calamitas.

Senilis vxor impuro marito eſt contemptiſſima.

Factum fieri nequit infectum.

Vere reſipiſcenti venia danda eſt.

FINIS.

C 23892
69637
SL

PHOTOSTAT FACSIMILE

REPRODUCED FROM THE COPY IN THE

HENRY E. HUNTINGTON LIBRARY

FOR REFERENCE ONLY. NOT FOR REPRODUCTION